

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken


Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

Harless, Adolf Gottlieb Christoph


Baruthi, MDCCXCII.

VD18 13527622

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225








E. II. a. n. 1322


Sp. r. IX - 3

44



v. h. L. Z. 1796. nr. 201.





GOTTLIEB CHRISTOPHORI

HARLES

ANTHOLOGIA

GRAECA POETICA

Editio noua, multo auctior et emendatior.

B A R V T H I

apud IOAN. ANDR. LÜBECKII heredes.

MDCCXCII



GOTTFRID CHRISTOPHOR

HARLES

ANATOMIA

GRÆCÆ PORTICA

ET

CRISTIANI HEDDING

TERMINUM CORVINO

1772

BOSSIO SVO INDVLTISSIMO

PROF. P. HEDDING

Edidit typis, auctore et impressore

EX BIBLIOTHECA
OLDENBURGENSI.

1772

GOTTFRID CHRISTOPHOR



SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
FRANCISCO
FRIDERICO ANTONIO
DVCI SAXONIAE
ET
PRINCIPI HEREDITARIO
TERRARVM COBURGO - SAALFELDENSIVM
ETC. ETC.
DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO

HVNC LIBELLVM

SVBMISSE ET DEVOTE

D. D. D.

GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLES



SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINO

FRANCISCO

FRIDERICO ANTONIO

DUCI SAXONIAE

ET

PRINCIPIS HEREDITARIO

TERRARVM COBVRGO SVALFEDENSIVM

ETC. ETC.

DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO

AVGVSTVS

AVGVSTVS

AVGVSTVS

AVGVSTVS

AVGVSTVS

COETLIS CHRISTOPHOR. HARTES



PRINCEPS HEREDITARIE
SERENISSIME
DOMINE INDVLGENTISSIME

TVO NOMINI SERENISSIMO hanc inscribere
Anthologiam, eo minus dubitavi, quo dul-
cior est menti gratæ meæ recordatio lenitatis,
qua olim erga me, Coburgi commorantem
et in illustri gymnasio academico docentem,



PRINCEPS HEREDITARIE

SERENISSIME

DOMINE INDULGENTISSIME

semper usus fuisti, et quo firmitus inhaeret vi
oculis suauissimae imaginis TVAE, quae mihi le
haec scribenti, tamquam dea blandissima, te
obuersatur, memoria, quam nulla aetas ob- TR
scurabit, nedum delebit. Atque, quum ti
Chrestomathiam graecam, olim TIBI submis- ti
se dedicatam, Serenissimo accepisses vultu, ve
fore, vt hanc Anthologiam pari Serenitate ex- ge
cipias, pro iis, quae in TE resident, diuinis ad
virtu-

PRÆFATIO

Quia in Cymano...

t virtutibus, humanitate, comitate, beneuo-
i lentiâ ac benignitate, spero et confido: sal-
tem id vt facias, mihiq; hunc libellum
- TIBI, DOMINE, cum testificatione deuoti gra-
tissimique animi danti et dedicanti, indulgen-
tissime ignoscas, submisse oro rogoque. Ego
vero pro *TVA domusque Serenissimae Cobur-*
gensis perpetua felicitate atque incolumitate
ad sidera preces numquam non mittam arden-



tiffimas. Vale, dulce decus, spes et praef

dium TVORVM. Scrib. Erlangae d. XIII. Aprilis

MDCCCLXXXII.

PRAE



PRAEFATIO

Quum in Gymnasio academico Coburgensi, cuius memoriam grata mente vsurpo, et cui deus faueat, litteras bonas docerem, in vsum mearum scholarum ex iis potissimum poetis graecis, quorum exemplaria tum quidem temporis minus obuia erant, particulas, quas puerili ac iuuenili ingenio aptas iucundasque fore existimabam, delegi, notisque illustratas emisi in vno fasciculo, addita *Aristophanis* comoedia, *Plutus* inscripta *). Nec labor exitu caruit optato. Plures enim doctores tam scholastici, quam academici illam collectionem haud indignam habuerunt, quam in scholis suis graecis interpretarentur. Quare septem fere post annis nouam paraueram editionem, et ordinem poematum, vt a facilioribus ad difficiliora commodius progredi possent iuuenes, multaque alia mutaueram. Insuper alia adieceram carmina; sed versionem faciliorem intellectu particularum latinam, fabulam *Aristophanis*, a me postea separatim editam **), ne libelli cresceret moles, omisi. Ideo nouam ***) in fronte libri

*) Libri inscriptio est *Chrestomathia graeca poetica. etc.* Coburgi 1768. mai. 8.

**) *Aristophanis Plutus — et Coluthi raptus Helenae etc.* Noribergae 1776. 8.

***) *Anthologia graeca poetica.* Noribergae, in officina Felseckeriana, 1775. 8.

PRAEFATIO

libri posueram inscriptionem. Quum autem sub exitum superioris auctumni acciperem, a nonnullis scholarum magistris flagitari exemplaria, nec vllum in taberna libraria redemptoris opusculi reperiri: praeter opinionem nouam curare editionem, ne deessent exempla, sum coactus.

Quod negotium quia differri non potuerat, et tamen librarius, aliis laboribus occupatus, in longiorem, quam commodum esset, ducere videbatur moram: illo consentiente, commisi *tertiam* hanc editionem curatori bibliopolii Lübeckiani, vt noua exempla suo sumtu praelo exire iuberet. In hoc autem opere profligando quomodo versatus sim, paucis indicabo. Omnes quas superior continet editio, particulas retinui: at primum, suadentibus viris doctis reiue scholasticae peritis, plures inserui. Hymnos et scolia addidi, vt vetustissimi huius poeseos generis, mythorumque antiquitas, ratio et diuersitas, etiam vicissitudo mature cognoscerentur atque explicarentur. Ex Theocrito, Moscho, Meleagro aliisque plura delectata poemata, quorum interpretatio siue ad delectationem animi, siue ad mores temporum illorum cognoscendos et ingenium poetarum perspiciendum, siue etiam ad historiam antiquitatis illustrandum utilis fore mihi videbatur. Pythagoricum carmen, licet haud genuinum Pythagorae foetum, retinui, non propter vneres aliasue virtutes poeticas; sed vt per hanc occasionem tiro-nibus praecepta pie recteque viuendi darentur, adultioribus autem, quantum sufficeret, philosophiae pythagorico-platonicae pars commode exponeretur. Tum optimas, saltem criticis probatas sequutus sum poetarum illorum, ex quibus carmina integra sumsi, recensiones, et suis quamque locis laudavi. Quapropter in

grae.

PRAEFATIO

graeco contextu lectiones et in notis sententiam meam crebro mutavi, eoque factum est, ut vel hac ratione haec editio plane differret a superiore. Integra autem carmina, quam membra longiorum poematum discerpta, quae a toto corpore abrupta succo fere sanguineque carent, adeoque nec semper placere nec plene recteque intelligi possunt, in hanc anthologiam recipere malui. Ne tamen nouorum illorum carminum accessione libelli magnitudo cresceret et vsui atque consilio institutoque officeret, in adnotationibus ad poemata, in superiore editione collecta, ea, quae de vita auctorum scripseram, omisi, multa refecui, aut contraxi: ad ea autem, quae in hunc coegi fascem, studui breuitati, quamuis frequens offerretur occasio, latius expansiandi *). Praeter ea rescidi versionem latinam et commentationem in Europam Moschi.

Quod plures magistri plenum vocabulorum indicem, rei familiari atque ingenio adolescentum utilem et vero necessarium fore iudicarunt, me vero tempus defecit, illius laboris molestiam, me rogante, lubenter suscepit cl. *Degen*, a multis annis mihi iucundissimus atque amicissimus, qui in praesenti ludum litterarium Neostadii ad Aissum non sine gloria fructuque moderatur. Ille igitur vir doctissimus pro ea, qua
pollet,

*) Hic tantum addere liceat, *Tyrtaeum* I. v. 32. utiliter posse comparari cum *Homero* II. β. 418. — de daemonibus, apud *Pythag.* A. C. v. 2. docte disputasse *Rhoer* in feriis *Dauentr.* pag. 112. sqq. — In *Theocriti* Id. XV. 20. *F. Jacobs* in specimine emendat. in auctores veteres etc. *Gothae* 1786. 8. pag. 45. scribendum haud male videri *ἀπὸν ὄνον* et sic legisse *Eustath.* in II. A. p. 81. 34. eundem ibidem pag. 53 — 57. quaedam loca *Bionis* I. et *Moschi* II. emendare atque interpretari.



PRAEFATIO

pollet, linguae graecae facultate atque scientia, ea, quae in indice meo, superiori editioni adiuncto, defunt, sedulo collecta adiiciet, intelligenterque interpretabitur. Nam, dum haec seribo, nondum in manus meas venire potuerunt illius chartae. Id autem scio et grata mente praeuideo, *Degenium* meum laudabili illa opera et discipulos et magistros mire sibi deuinctos redditurum esse.

Operas, quibus quum praeesse non potuerim, maxime in accentibus, iisque carminibus, in quibus describendis aliena me manu uti oportuit, saepius peccasse, valde doleo, atque lectores, ut ignoscant imbecillitati humanae, etiam atque etiam oro rogoque. Quae equidem leuiter recognoscendo plagulas animaduerti errata, ea in fine adnotabo. Tu vero L.B. vale meisque conatibus faueas velim. Scripsi Erlangae d. xiv. Aprilis
MDCCLXXXII.

GOTTLIEB CHRISTOPHOR.
HARLES.





EX ANACREONTE *).

CARMEN I.

*) *Anacreon*, poeta Lyricus, ex Teo, vrbe Ioniae, ortus, vnde Teius vocatur, secundum Hambergerum in zuverlässigen Nachrichten etc. pag. 112. floruit circa an. mundi, 3452. ante Christum natum 532. secundum Barnesium, in vita Anacreontis, natus est poeta noster anno II. Olympiados LV. quo fere tempore Cyrus, Persarum rex, regnare coepit: et an. 85. agens obiisse dicitur. De virtutibus odorum Anacreont. poeticis aequae ac de controuersia, num haec, quae sub Anacreontis nomine circumferuntur carmina sint genuina, nec ne? vberius differendi hic non est locus. Nec vacat, omnes editiones enumerare, quarum notitiam is, cui volupe erit, petere potest ex *Fabricii* Bibl. Gr. Vol. II. pag. 95 sqq. et ex mea Introductione in histor. L. Gr. In carminibus autem hisce, quae delegi, sequutus sum recensionem atque editionem *cel. Brunck*, Argentorati, 1786. Praeterea cum fructu possunt consuli editiones *cl. I. Frid. Fischeri*, Lipsiae 1776. mai. 8. et vtraque *cl. Degenii*, Erlangae 1786. 8. (in qua poeta cum aliis et antiquioribus et recentioribus comparatur atque index copiosus est additus) atque *Altenburgi*, 1787. 8. gr. et theotisce (in qua de virtutibus vitisique singularum odorum differitur); tum *Lamb. Bos* Animaduersion. ad scriptores quosdam graecos, Franeker. 1715. 8. pag. 75 sqq. *I. Caroli Zeunii* animaduersiones ad Anacreontem, Platonem et Xenophontem, Lipsiae 1775. mai. 8. pag. 1 sqq. *Georg d'Arnaud* specimen animaduersionum criticarum ad aliquos scriptores graecos, Harlingae, 1728. 8. pag. 1 sqq. *Aug. Christian Borheck* in Klosterbergischen Vorlesungen ueber einige Anacreontische Lieder, qui in aliquot particulis Magdeburgi 1778 et 1779. 8. ea carmina, quae in hanc collectionem receperam, vberius exposuit, et in *Magazin fuer die Erklaerung der Griechen und Roemer*, Norimbergae 1784. mai. 8. *cl. Schneider* in Anmerkungen ueber den Anacreon, Lipsias 1770. 8.

- 1 Θέλω λέγειν Ἀτρείδας·
 Θέλω δὲ Κάδμον ἄδειν·
 Ἄ Βάρβιτος δὲ χορδαῖς
 Ἔρωτα μῆνον ἤχει.
- 5 Ἡμεῖς νεῦρα πρῶην,
 Καὶ τὴν λύρην ἅπασαν·
 Καὶ γὰρ μὲν ἦδον ἄθλῆς
 Ἡρακλέους· λύρη δὲ
- 10 Ἔρωτας ἀντεφώνει

Χαί

1. Poeta hoc odario monstrat, se non aptum esse carminibus epicis atque heroicis; sed natura quasi comparatum ad res leuiiores tantum et amatorias celebrandas. Pari ratione Bion Idyll. III. fatetur, laetum tantummodo carmen sibi fluere, quando in Amorem aut in Lycidas aliquid modulatur. Ibi Schwebel iam laudauit Ouidium Amor. I. el. I. v. 5 sq. *Arma graui numero violentaque bella parabam Edere, materia conueniente modis. Par era inferior versus: risisse Cupido Dicitur, atque unum surripuisse pedem etc.* Adde Propert. III. el. 7. vers. 39. sqq. Horat. I. od. 6. eumd. I. od. 19. v. 9. sqq.

Ἀτρείδας, h. e. Menelaum et Agamemnona: tangit bellum Troianum. Κάδμον, qui Agenoris regis filius et Europae frater fuit, et Thebarum conditor: inter cuius nepotes bellum Thebanum, ad quod poeta noster respicit, ortum fuit.

5. *Mutavi neruos pridem*, nimirum veteres pro diuersa materia carminis immutarunt sibi fidiculas; momento Baxtero.

6. ἅπασαν, equidem interpretor ipsam, omnino. vide ad Moschum l. 6. h. e. Se, canit, omnino missa prior carminis materia, aliam delegisse, carmen heroicum modulaturum.

7. *Herculis labores*] vt argumentum carminis heroicum v. a me in Anthol. lat. poet. ad Claudian in Rufin. l. 285. notata.

10. *χαίροιτε, valeτε.* Sic Ouid. Amor. I. 1. 32. *Ferru*

Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν
 Ἡρώες· ἢ λύρη γὰρ
 Μόνυς ἔρωτας ἄδει.

CARMEN II *).

Φύσις κέρατα τάυροις· 1
 Ὅπλας δ' ἔδωκεν ἵπποις·
 Ποδωκίην λαγωοῖς·
 Λέσσι χάσμ' ὀδόντων·
 Τοῖς ἰχθύσι τὸ νηκτόν· 5
 Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι·
 Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα·
 Γυναίξιν δ' ἔτ' εἶχεν·
 Τί δ' ἐν δίδωσι; κάλλος·

A 2

'Αντ'

cum vestris bella valete modis. Theocr. Adon. 149. χαῖρε, Ἄδων ἀγαπατέ. Idem XVI. 64. Euripid. Phoeniss. 621 (vbi vide Valkenar.) Μηῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε. Iam vale, mater.

*) Poeta suaviter recenset, quae natura singulis animalium generibus et homini tanquam propria et peculiaris dederit, cum inexpectata sexus sequioris laude.

v. 1. Φύσις Phocyl. 117. sqq. Oppian. Halieut. V. 94. ibique Rittershus. a Barnesio iam excitati sunt ad h. l.

v. 7-9. Variarum variorum de h. l. sunt sententiae. Primum, quid sit φρόνημα? dissentiunt interpretes. Alii enim vertunt prudentiam, quam interpretationem firmare videntur Phocylides l. c. et Quintil. Instit. orat. II. 20 s. 9. Quod si ea in quoque animalium est virtus, qua praestat cetera vel pleraque, ut in leone impetus, in equo velocitas; hominem porro ratione atque oratione excellere ceteris certum est: cur non tam in eloquentia, quam

Ἄντ' ἀσπίδων ἀπασῶν,
 Ἄντ' ἐυχέων ἀπάντων
 Νικᾶ δὲ καὶ σίδηρον,
 Καὶ πῦρ, καλή τις ἔσα.

CAR.

in ratione virtutem eius esse credamus? Sed uterque omnibus hominibus, non maribus tantum, illam tribuit virtutem. Prudentiam vero si Anaer. abnegasset feminis, minus humanus atque urbanus videretur. Alii de bellica virtute accipiunt. Paw interpretatur, *animum excelsum*, cui praeter prudentiam et constantia est et robor: quocum consentit Heskin ad Bionis Fragm. VIII. is que *Φρόνημα*, censet, denotare *animi celsitudinem*, quae tam prudentiam quam fortitudinem includit, qui est praecipuus et maxime insignis virilis sexus *χαρακτήρ*. Atqui si conditionem feminarum graecarum priuatam et Graecorum publicam ipsamque virorum animum atque ingenium consideremus, et praeterea cogitemus, virtutem bellicam fuisse quasi propriam Graecorum virorum, ad cuius laudem adspirare tamquam per leges naturae non potuerunt graecae mulierculae, *Φρόνημα* vel *animum* (*Muth*) vel *animi celsitudinem* interpretari praestat. Iisque, quae modo dixi, praesidii et roboris aliquid adcedet, quod Aristoteles cap. XVIII. de poetica pag. 39. edit. Heinsii, *ἔτι, αἰτ, ἀνδρείον μὲν τὸ ἦθος, ἀλλὰ ἐξ ἀρμόττον γυναικὶ τὸ ἀνδρείον ἢ δεινὴν εἶναι*, sunt quidam fortis viri mores, cum tamen femina fortem esse et metuendam non conueniat. Demosthenes or. de corona c. 20. inquit, quaerit ex Aeschine, num rempublicam decuerit, τὸ *Φρόνημα ἀφείσαν καὶ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆς* ponere animi magnitudinem et amittere suam dignitatem. Thales apud Plutarchum in Conuiuio VII. sapientum vol. VI. pag. 562. ed. Reiske, Cleobulinam singulari ornat laude, illi inesse *Φρόνημα θαυμαστὸν animi altitudinem mirabilem*. Hinc *μέγα Φρόνην* animos sumere dicuntur milites apud Xenophont. in Histor. graeca II. cap. 4. sect. 18 et 19. ed. Mori. — cl. Fischer intelligit scientiam et sollertiam tractandi arma et iis vtendi commode, ad se defenden-

CARMEN IIII.

Ἐπὶ μυρσίνας τερένας,
Ἐπὶ λωτίνας τε ποίνας,
Στορέσας θέλω προπίνειν

A 3

O

dum, qua et astutia contineatur et robur. Tum vers. 8. Heskinus l. mem. interpungit: Γυναῖξιν ἐκ ἑτ' εἶχεν; Τὶ δὲν δίδωσι; *Feminisque nihil reliquum habuit? quid ergo daret?* quod parum differt: alii aliter coniiciunt. Denique κάλλος Anacreon adprime tribuit graecis mulierculis, tamquam prerogativam, et qua reliqua vincere, immo prius expugnare et facilius incendere possint animos, quam ignis et ferrum.

v. 1. Ex more veterum bibendi Hor. I. od, 4. 9. In sex prioribus versibus poeta myrto et loto cubans largius bibere se velle profitetur: optat autem, ut ipse Cupido sibi ministret merum, tunicam, ministrantium more, succingens papyraceo nodo. Nam papyro utebantur ad vincula conficienda, in Aegypto et aliis locis. Hanc veram interpretationem vindicat *Darville* in *Van. critica* p. 243. contra iniqua *Pauonis* interpretamenta. Nec illa papyri Niloticæ memoria poetam requirit, vel natione Aegyptium, vel in Aegypto saltem commorantem, uti *Pauo* somniauit. conf. *Com. de Caylas* *Abhandlungen zur Geschichte und zur Kunst* T. I. p. 177. sqq. *Myrteis* s. *Myrtaceis* frondibus strati et Corollis vineti bibebant veteres: ut *Euripid.* *Alcest.* 759. σέφει δὲ κράτα μυρσίνοισι κλάδοις. v. *Barnes.* et de hac oda *Schneiders* *Anmerk.* pag. XL. et 129 sqq.

2. De loto vide sis indicem. de ποίῃ conf. *Hom.* II. §. 347. et *Perizon.* ad *Aeliani* H. V. XIII. 1. p. 840. sq. ed. *Gronou.*

v. 3. Στορέσας recubans, *Barnes.* quem vide ad h. l. et ad *Euripid.* *Heracl.* 884. et *Elect.* 1034. supplet εἰμαυτόν. *Baxter* autem passivum, ait, in Activo est, more Atticorum.

προπίνειν, v. *Suidam* h. v. *Eudoc.* in *Violar* p. 348. atque indicem. *Baxter* *emphasin* quamdam reperit in

Ὅ δ' Ἔρως, χιτῶνα δῆσας
 5 Ὑπὲρ αὐχένος παπύρω,
 Μέθυ μοι διακονεῖτω.
 Τροχὸς ἄρματος γάρ ὄια
 Βίος τρέχει κυλισθεῖς
 Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα
 10 Κόνις, ὀσέων λυθέντων.
 Τί σὲ δεῖ λίθον μυρίζειν;

Τί

praepositione; mihi vero idem videtur ac πίνειν, bibere,
 vti Isocr. Paneg. 1. pag. 5. προκρίνας pro simplici κρίνας,
 ad quem loc. vide cel. *Morum*; conf. *Ernsti* ad Hom. II.
 ε', 3. et infra ad Bion. l. 95. nisi reddere malis compositum,
multum bibere.

4. Amori tunicam quoque tribuit *Catullus* ad Man-
 lium LXVII. v. 133. vbi v. *Vossium*, et *Sappho* pag.
 82. edit. *Wolfii*. it. *Meleag.* in epigramm. apud *Warton*.
 ad *Theocr.* p. 165. Ipse vero Cupido est poetae a
 poculis; quanta laus est! confer *Klotz* ueber den Nu-
 tzen und Gebrauch der alten geschnitt. Steine pag. 220.
 221.

7. Notanda hic est incredibilis celeritatis et fugae
 quasi vitae nostrae descriptio: qua similitudine a rota, ce-
 lerrime currente, sumta huic odario faceto miram adfert
 poeta suauitatem et grauitatem quamdam. Similes ἔννοιας
 collegerunt *Barnes.* ad h. l. et *Rittershus.* ad *Oppian.* Cy-
 neg. l. 231. pag. 25. Pari modo *Horat.* II. od. 16. 22.
cura — *Ocior cervis, et agente nimbo, ocior Euro.* *Bion.*
 V. 10. E nostratibus *Gleimius* *Opp.* poet. *Argentor.*
 1765. pag. 120. — Es verfließt die Zeit schnell, wie
 der Blitz ins Meer der Ewigkeit. et pag. 166. Den flüch-
 tigen Tagen wehrt keine Gewalt; Die Räder am Wa-
 gen entfliehn nicht so bald. Wie Blitze verfliegen, so
 sind sie dahin. Imitatus est *Sil. Ital.* VI. 121. *Per va-
 rios praiceps casus rota voluitur aevi,* notante *Barthio* ad
 h. l. in *Exemplo Drakenb.*

v. 11. Innuit morem antiquum inungendi lapides se-
 pulcrales, et cadauera odoribus et vnguentis, atque etiam

CARMEN VIII.

Τί δὲ γῆ χέειν μάταια;
 Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
 Μύρισον, ῥόδοις δὲ κῆρατα
 Πύκασον, κάλει δ' ἐταίρην,
 Πρὶν ἐκείσε δέϊ μ' ἀπελθεῖν
 Ἵπὸ νερτέρων χορείας,
 Σκεδάσαι θέλω μερίμνας.

15

CARMEN VIII.

Ἐρασμὴ πέλεια,
 Πόθεν, πόθεν πέτασαι;

I

A 4

Πόθεν

libationum diis manibus identidem factarum. Me viuum, ait poeta, potius vngas, quam, me mortuo, lapidem meum sepulcralem. Nam σὲ δᾶ est licet, conuenit tibi, λίθος cyprius, columella sepulcralis, γῆ, tumulus, v. 14. κῆρατα, v. indicem, in masculino genere ab Homero et Sophocle vsurpari, Barnesius docet, adde ind. in πυκάζω.

v. 16. In aliis exemplaribus hic versus ita legitur: πρὶν, ἔρω, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν, aut πρὶν, ἐρῶ σέ, δᾶ μ' ἀπελθεῖν.

v. 17. E veterum opinione choreae in elysio celebrabantur. v. Klotz miscell. crit. pag. 1. qui etiam Seuini coniecturam (in act. academ. Parisin. inscript. T. II. n. 25.) χορεύσας conuellit. conf. Tibulli l. 3. 58. sq. ibique Broukhus. et Valer. Flaccum I. 843. et Fabri notam.

v. 1. De hac ode vide Tanaq. Fabrum pag. 182. ed. Fischeri, Ramler in Einleitung in die schönen Wissenschaften nach dem Französischen des Herrn Batteux P. III. p. 41. ed. II. Schneider in den Anmerk. p. 338. sqq. et (Herder) Veber die neuere deutsche Litteratur, 2te Sammlung pag. 343. Columba Veneri sacra fuit.

v. 2. πετάσαι a πετάομαι scribere iubet Brunk. in lection. ad Analecta poet. Gr. vol. III. p. 13. adde Paw.



Πόθεν μύρων τούτων,
 Ἐπ' ἕρος θύσσα,
 5 Πνέεις τε καὶ ψεκάζεις;
 Τίς εἶ; τί σοι μέλει δέ;
 Ἄνακρέων μ' ἔπεμψε
 Πρὸς παῖδα, πρὸς Βάθυλλον,
 Τὸν ἄρτι τῶν ἀπάντων
 10 Κρατῆντα, καὶ τύραννον.
 Πέπρακέ μ' ἡ Κυθήρη,
 Λαβῆσα μικρὸν ὕμνον.
 Ἐγὼ δ' Ἄνακρέοντι
 Διακονῶ τούτῳτα.
 15 Καὶ νῦν, ὄραῖς, ἐκείνῃς

Ἐπι-

v. 3. Sensum verborum ita reddit Fischer: *a quo ita delibuta es unguentis, ut tu, quamvis alte volans, tamen hic iis spirare videre, et ut ea etiam destillent.*

v. 6. Quam in textum e Brunckii edit. recepi lectionem ea fere auctorem habuit *Tollium* ad *Ausonium*, pag. 97. a *Cornelio* de *Paw* quidem damnata: nisi ut *Brunck* *Tollianum* εἰς mutaret in ἄ, quia poetae secundam personam verbi substantiui εἰς non adhibeant nisi hiatu vitando, si subsequatur vocalis: *Baxter*, τίς ἐστὶ σοὶ μελιδιών; *Barnes*. ut in membranis, τίς ἐστὶ σοί; μέλαι δέ; alii aliter dederunt aut coniecerunt. *Columbae* autem fuerunt quoque tabellariae. v. *Kühn* ad *Acl.* V. H. IX. c. 2.

v. 9. ἄρτι. vid. ind.

v. 10. τύραννος. vid. ind. et *Staurer* ad *Cornel. Nepot.* l. 8. pag. 20. editionis nostrae.

v. 12. ὕμνον. h. l. oden, carmen lyricum, pro quocunque enim ponitur carmine. v. *Arnaud* pag. 6. sq. *Schneidez* p. 343.

v. 14. τούτῳτα ea et tanta ministro, ut haec verba referenda sint ad vers. 7. sq. conf. *Theocrit.* XV. 32.

Ἐπισολὰς κομίζω
 Καί φησιν ἐνθάδε με
 Ἐλευθέρην ποιήσειν.
 Ἐγὼ δὲ, κῆν ἀφῆ με,
 Δέλη μενῶ παρ' αὐτῶν 20
 Τί γάρ με δεῖ πέτασθαι
 Ὄρη τε καὶ κατ' ἀγροῦς,
 Καὶ δένδροισιν καθίζεν,
 Φαγῆσαν ἀγριόν τι;
 Τανῦν ἔδω μὲν ἄρτον, 25
 Ἀφαρπάσασα χειρῶν
 Ἀνακρέοντος αὐτῆς
 Πιεῖν δ' ἐμοὶ δίδωσι
 Τὸν οἶνον, ὃν προπίνει.

A 5

Πισ.

v. 19. κῆν. vide ad Callimach. H. in Cerer. 27.

v. 22. Construe: κατ' ὄρη τε καὶ κατ' ἀγροῦς.

v. 23. δένδρ. supple ἐν. de voc. vide indicem. καθίζεν
 supple ἑμαυτὸν, sedere, vide Küster de verbis mediis
 pag. 96. 97. ibique Wolle. De differentia inter καθίζον
 et καθίζω vel ἦσο v. Clark. ad Homer. Il. β. v. 191. et
 α. 565. adde Thom. Magistr. pag. 485. sq. ibique in-
 terpr. Annon. pag. 80. ibique Valcken.

v. 27. αὐτῆ. domini. More Atticorum ponitur αὐτὸς
 pro, Domino. v. Casaubon. ad Theophr. char. II. p. 34.
 Fischer in indice Theophr. sub h. v. Bachius ad Xenoph.
 Oecon. p. 14. Theocrit. III. 38. ibique Valckenaer. Ser-
 ui heros, discipuli magistros vocabant ipsos aut αὐτῆς.
 v. Westerhou. ad Terentii Andr. II. 2. 23. aut verte-
 e manibus Anacreontis ipse, vt gloriolam quamdam
 et laetitiam indicet. αὐτὸς pro ipse v. 33. et saepius apud
 Theophrastum reperitur e. g. char. II. 5. pag. 19. et tunc
 abundare videtur: de quo Graecorum more dicendi con-
 sulas I. M. Heusingerum ad Aesop. fab. pag. 106. Kypke
 obsf. sacrar. tom. II. pag. 53.

v. 29. προπίνει. v. ad od. III. 3.

30 Πίσσα δ' ἂν χορεύω,
 Καὶ δεσπότην ἑμοῖσι
 Πτεροῖσι συσκιάζω.
 Κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῶ
 Τῷ Βαρβίτῳ καθεύδω!
 35 Ἔχεις ἅπαντ' ἄπελθε
 Λαλιζέραν μ' ἔθηκες,
 Ἄνθρωπε, τῆς κορώνης.

CAR.

v. 30. alii χορεύσω *soleo saltare*. vide not. seq.

v. 31. ἑμοῖσι ex coniectura Stephani; olim legebatur Ἀνακρέοντα. συσκιάζω, superscriptum fuit in membranis vulgatae lectioni συγκαλύψω et Brunck prius, ut elegans et idoneum verbum rescripsit. Paw post multas ambages ita legere vere iubet *πίσσα δ' ἂν χορεύω καὶ δεσπότην κρέοντα* (dominum instar regis mihi colendum:) *πτεροῖσι συγκαλύπτω*. Schneiderus quidem vindicat *συγκαλύψω*, *contegere soleo*: Nam Futurum consuetudinem quoque interdum indicat, ut copiose docuit *Graevius* lectt. Hesiod. p. 24. ad v. 185. adde ad Aristoph. Plutum, v. 174. Sed Brunck. monet, cum metri leges requirere *χορεύω* *συσκιάζω*, tum ἂν cum praesente indicatiui constructum per verbum *soleo* reddi debere.

v. 36. ἔθηκες v. indicem, v. τιθένας.

v. 37. τῆς κορώνης. Garrula cornix in prouerbium abiit. Cornix autem, quam neque inter columbas, neque inter coruos numerari ait Lucian. Eunuch. med. auis fuisse ex virgine facta, *Coronis* vel *Corone* dicta, *Coronei* regis filia: propter loquacitatem vero iram *Mineruae*, in cuius tutela fuit et comitatu, meruisse fingitur. v. *Heusing.* ad Aesop. fab. 99. p. 81. Cum turture loquax mulier comparatur apud *Theocrit.* XV, 87. vbi v. Valcken.

CARMEN X.

Ἔρωτα κηρινόν τις 1
 Νεινίης ἐπώλει·
 Ἐγὼ δὲ οἱ παρασὰς,
 Πόσος θέλεις, ἔφην, σοὶ
 Τὸ τυχθὲν ἐκπρίωμαι; 5
 Ὅ δ' εἶπε Δωριάζων,
 Λάβ' αὐτὸν, ὅππῃος λῆς.
 Ὅμως ἴν' ἐκμάθῃς νιν·
 Ὅυκ εἰμὶ κηροτέχνας·
 Ἄλλ' ἔτι λῶ συνοικῆν 10
 Ἔρωτι παντορέκτα.
 Δὸς ἔν, δὸς αὐτὸν ἡμῖν
 Δραχμῆς καλὸν σύννευον.
 Ἔρωσ, σὺ δ' ἐυθέως με

Πύρω-

1. Hanc odam interpretatus est Schneider. pag. XXIII. et pag. 71. sqq.

4. Πόσος pro ἀντὶ πόσος τιμήματος.

5. 6. σοὶ-ἐκπρίωμαι: sic Germani: *ich will dir abkaufen*. — pro vulgato τευχθὲν, MS. vatic. τυχθὲν. est h. l. *imaguncula*.

7. λῆς v. indic.

9. κηροτέχνας - συνοικῆν (quod h. l. est coniugale verbum pro *συγκαθύνειν*). Barnes rescripsit, probante Puvone, ut dorismum seruet: et sequutus est Brunck. Quia enim cod. Vatic. doricum παντορέκτα pro παντορέκτη habet, hic admitti debet dorica dialectus. vulgo κηροτέχνης - συνοικῆν. παντορ. autem est *insatiabilis*, qui omnia appetit. v. Triller. Obseru. crit. cap. 3. pag. 6.

13. δραχμῆς pro vna drachma.

15

Πύρωσον· εἰ δὲ μὴ, σὺ
Κατὰ Φλογὸς τακίση.

CARMEN XI.

1

Λέγῃσιν αἱ γυναῖκες,
Ἄνακρέων, γέρον εἶ

2

Λαβῶν ἔσοπτρον ἄθρει

Κόμας μὲν ἐκέτ' ἕσας,

5

Ψιλὸν δὲ σευ μέτωπον.

Ἐγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν,

Ἐἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον,

6

Οὐκ οἶδα· τῆτο δ' οἶδα,

Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον

10

Πρέπει τὰ τεργνὰ παίζειν,

Ὅσω πέλας τὰ μοίρης.

CAR.

16. γ. Fabrum, Barnes, qui Theocr. VII. 106. 114. iam laudat, et Baxter de ingrata et stupida veterum ira erga deos, qui votis et precibus hominum non ubique fatifecisse vixi sunt.

1. Summa naturalis pulcritudo cum grata quadam negligentia est in hac oda, in qua Anacreon siue ipse ludens cum muliereulis, siue harum dicacitatem et opprobrium fingens, festiue respondet, se senem adhuc iocis et amore delectari. — De ἔσοπτρῳ v. indicem.

9. μᾶλλον supple τσοῦντῳ.

10. τὰ τεργνὰ παίζειν. Barnes. vertit, iucunde ludere, Stephan. maluit, vacare amoribus iocisque.

11. Ὅσω πέλας, supple μᾶλλον, quanto propior (ei sit.) conf. L. Bos. de ellips. pag. 555. et τὰ μοίρης, (ion. pro μοίρης a μοίρη,) est fatum, mors; conf. od. 38.

CARMEN XVIII.

Ἡ γῆ μέλαινα πίνει,
 Πίνει δὲ Δένδρε' αὐτήν·
 Πίνει Θάλασσο' Ἀνάγρους·
 Ὁ δ' Ἥλιος Θάλασσαν·
 Τὸν δ' Ἥλιον Σελήνη.
 Τί μοι μάχεσθ', ἑταῖροι,
 Κ' αὐτῷ θέλοντι πίνειν;

CARMEN XXII. *)

Παρά τὴν σκιὴν Βαδύλλου

Καθί-

v. 1. *Barnes*. componit cum *Anacreonte* locum *Paulin.* ad *Ebr.* 6, 7. et *Baxterus* obseruat, rudiorum temporum mortales omnia nomina habuisse pro propriis. adde *Lamb. Bos.* *Animadu.* pag. 79.

v. 3. *Θαλασσο' Ἀνάγρους*. Hanc *Heskinii* emendationem recepit *Brunck.* pro vulgato *θάλασσα δ' ἄγρους*. v. *Heskin.* ad *Moschum* II. 31. et quae infra ad h. l. notauimus. Latini quoque *bibere* solent tribuere omnibus illis rebus, quae liquidum aliquid ad se trahentes efficiant, vt exarescant. *Prata bibunt* *Virg. Ecl.* III. fin. conf. *Arntzen* ad *Victor.* de *vir.* illustr. c. 76. pag. 282. *Drakenb.* ad *Sil. Ital.* VI. 293. et XVII. 413.

v. 5. vid. *Spanheim* ad *Callim. H.* in *Dian.* v. 141. infra ad *Mimmermum* III. 4. et *Schneider* in den *Anmerk.* pag. 331.

v. 6. *Cur me obiurgastis, expostulatis, sodales?*

*) De hoc odario, quod a colore orationis et tropica dicendi ratione multum habet gratiae et suauitatis, vide *Ramler* loc. mem. p. 43. tom. III. *Schneider* in den *Anmerk.* pag. XXXVIII. et 124. sqq. Alio modo *Horat.* III. od. 13. fontem laudat *Bandusium*.

Καθίσω. καλὸν τὸ δένδρον·
 Ἀπαλαῖς σείει δὲ χαίτας
 Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ!
 5 Παρὰ δ' αὐτῷ ἔρεθίζει

Πηγὴ

v. 2. Brunck. dedit παρὰ τὴν σκίην Βαθύλλου καθίσω pro vulgato, quod quidem mihi magis placet, et magis amice, urbane, poeticeque dictum videtur, π. τ. σκίην, Βάθυλλε, κάθισων. conf. ad od. IX. 23. Arbor dicitur καλή quia patula est et umbrosa, et foliis densis virentibusque vestita, ut ait Fischer. Epitheta aut ἀπαλ. et μαλακ. ad suavitatem, ornatum et imaginem sensui subiiciendam mire faciunt.

v. 3. χαίτας, comas; apud poetas utriusque linguae aliosque nihil frequentius est, quam ut ea, quae de hominibus dici soleant, ad alias res creatas inanimas audacter transferant, quorum exemplorum magnam copiam collegerunt Ioan. Schulz. in florum sparsione pag. 205. et Klotzius ad Tyrtaeum pag. 54; atque Rittershus. ad Oppian. pag. 169. de νότῳ ἄλος, et pag. 303. de vsu ὄφρουσ audaci multa adtulit exempla. Quare etiam coma de arborum foliis et frondibus, omnique pariter herba quam frequentissime usurpatur. κόμαι φυτῶν lauri frondes, Aelian. H. V. lib. XIII. 1. p. 841. Horat. III. od. 3. v. 11. Spissae nemorum comae. Callimach. H. in Del. 81. ὡς ἴδε χαιτήσ τεωμένην Ἐλικῶνος. atque astris tribui comas et crines, docet Dorville ad Charit. pag. 746. adde Clark ad Homeri Iliad. δ'. 126. et quae in Chrestom. lat. poet. ad Catull. III. 6. et 11. scripsi.

v. 5. ἔρεθίζει. Alberti (ad Hesych. tom. I. pag. 1421. n. 6.) bene explicat per γηρύεται, garrit, quod ipsum est a dorico γαρύω pro γηρύω. Suaviter innuit et quasi pingit dulcem aquae labentis sonitum, qui oblectat. Ea enim, quae adliciunt, inuitant, oblectantque, eleganter dicuntur ἔρεθίζειν, adnotante Fischerō; adde Holstii notam in sua edit. Pari modo riuus garrulus apud Ouid. Fastor. II. 316. Adde Theocrit. Idyll. XXI. v. 20. ibique notam, ἔρεθίζαν ὠθῶν, canere. Virgil. Bucol. I. 56. Ioui susurro, Theocriti illud I. 1. ἀδὸν ψιδύρισμα exprel-

Πηγὴ ῥέουσα Παιῖδος.
 Τίς ἂν ἐν ὄρων παρέλθοι
 Καταγώγιον τοῖδ'το;

CARMEN XXVIII. *).

De sua amica.

" Ἄγε, ζωγράφων ἄρισε.
 Γράφε, ζωγράφων ἄρισε,
 'Ροδῖης κάρανε τέχνης'

Ἄπεδ-

surum. Claudian. in Rufin. l. 214. *labentis murmurā riuū. Sil. Ital. III. 224.* ad quem locum vid. *Drakenborch. Casaubonus* ad Sapph. pag. 137. nostrum quoque locum interpretatur et exponit per: *sufurro oblectare.* Quod vero Anacreon fonti audacter tribuit vim persuadendī atque eloquentiam; eo nouum carmini adfert ornatum, ingenique prodit splendorem et vbertatem. — Καταγώγιον proprie *diuersorium*, h. l. eleganter de loco, vbi arbor vmbrosa est, et fons garrulus.

*) De oda hac pulcerrima, quam in tabula quadam pictor exprimat, *Lessingius* in *Laocoonte* P. I. pag. 202. et pag. 212. quaedam eleganter monuit: adde *Winkelman* in *Geschichte der Kunst des Alterthums* P. I. pag. 168-183. et pag. 206. dein in *Anmerkungen* etc. P. I. p. 52. nec contulisse poenitebit epigrammata, a *Klotzio* in obseruat. ad *Tyrtaeum* pag. 24. sq. prolata et explicita. *Schneider* in den *Anmerkungen* p. 218. sq. copiosus est in illustrando hoc odario. Compara *Aristaenet.* I. ep. I. lib. II. ep. 21. *Aelian.* V. H. lib. XII. 1. etc.

v. 2. Γράφε. vid. indicem et *Camerarii* comment. vtriusque linguae pag. 101. 102. De vocab. ζωγράφ. pictor. v. *Valkenaer* ad *Theocriti Adonias.* pag. 374.

v. 3. 'Ροδῖης. Haec lectio, e coniectura *Stephani* orta, molier est priore 'Ροδῖης. *Rhodii* enim picturae et sculpturae fuerunt peritissimi, iisque, vt et reliquis

Ἀπεῖσαν, ὡς ἂν εἶπω,
 5 Γράφε τὴν ἐμὴν ἐταίρην.
 Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
 Ἀπαλαῖς τε καὶ μελαίνας.
 Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
 Γράφε καὶ μύρον πνεύσας.
 10 Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς,
 Ὑπὸ πορφύραισι χαίταις,

Ἐλε.

artibus, insignes. *Plin.* libr. VII. c. 38. libr. XXXV. cap. 10. conf. *Schumacher.* de Rhodo litterata comm. binas. Ien. 1760. praecipue comment. II. p. 13. — *κάρανε*, quod est minus obuium vocabulam, et mediani producit, suspicatus est *Lenner* ad Phalarid. epist. XIX. pag. 97. b. et recepit *Brunck.* vulgo *κοίρανε*, pro quo, id quia metro repugnaret, *τύρανε* legendum censet *Stephanus*, *Faber*, et *Schneider* ad h. l. et *Alberti* ad *Hesych.* 1072. Sens. egregie pictor.

v. 4. *describo*; sic dicere apud *Melam*, cl. *Kapp* in litteris ad me datis.

v. 7. *μελαίνας*. Hunc colorem Graeci veteres amabant. vid. *Fabrum* ad h. l. et *Hadrian.* *Iunium* de coma pag. 575. Neque vero plane nigros crines intellige: *μέλας* enim indicat, vt *nigrum*, omnes aliquanto nigros et subobscuros colores. *Barnes.* vertit *nigricantes*.

v. 8. *Si certa admittere potest.* Sic. od. 18. v. 18. [od. 49. v. 7.

v. 10. ὅλη παρειά est gena integra. *Holstius*, qui multus est super h. l. *Heinsii* coniecturam: γράφε δ' ἐξ ὅλης ἀραιῆς tenuique fac tumore in textum admisit.

v. 11. πορφύρας idem esse potest, quod in od. 29. 3. λιπαρὸν nitens. Nam, quidquid splendet et vere nitet, graece dicitur: πορφύραν. Hinc apud *Bion* Idyll. VIII. 19. ἄνθος χιονέαις πορφύρε παρειῆς, flos niuis rubebat (siue potius splendebat) genis. *Virg.* Aen. I. 594. lumen iuuentae purpureum. id. Ecl. VIII. 40. Ver purpureum. Deinde etiam idem est ac rubens, compara od.

Ἐλεφάντινον μέτωπον.
 Τὸ μεσόφρονον δὲ μή μοι
 Διάκοπτε, μήτε μίσηγε·
 Ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη,
 Τὸ λεληθότως σύνοφρον

15

Βλε-

sq. v. 4. 5. ibique notam. Tum, vti h. l., indicat colorem *nigrum*, eo vero potissimum sensu, quem ad v. 7. definimus. *Hom.* II. α', 482. κῆμα πορφύρεον, de mari nigro, h. e. alto. id. II. σ', 16 *Virg.* Georg. III. 373. mare purpureum. De morte quoque dicitur, *Homer.* II. ε', v. 48. πορφύρεος θάνατος, ad quem loc. vide *Clark* et *Ernesti.* conf. *Du Poy* Gnomolog. *Homeri* pag. 24. et *Salm.* exercit. *Plinian.* p. 237. edit. Paris.

v. 12. Frontem *eburneam*, h. e. candidam. Poetices studiosi hic semel monendi sunt; poetas ad rem suaviter et accurate depingendam, et summum gradum pretii pulcritudinis turpitudinisue indicandum et finiendum, sensibusque adcommodandum, epitheta et adiuncta a rerum natura formaue, aut historia aut mythologia sumere, quo sententia magis illuminetur, ac lectores adficiantur magis aut delectentur, quam si nudum et vulgare addidissent adiectivum. *Petronius* cap. 126. pag. 602. edit. prior. *Burm.* (qui quasi expressit *Anacreontem*): „crines, ait, ingenio suo flexi, per totos sese humeros effuderant: frons minima, et quae radices capillorum retro flexerat: supercilia vsque ad malarum scripturam currentia, et rursus confinio luminum paene permixta: oculi clariores stellis extra lunam fulgentibus: nares paullulum inflexae: et osculum, quale *Praxiteles* habere *Dianam* credidit. iam mentum, iam ceruix, iam manus, iam pedum candor, intra auri gracile vinculum positus, *Parium* marmor exstinxerat.“

v. 16. confer *Camerarii* Comment. vtriusque linguae p. 67. 70. sq. *Stephanus*, quem consulas, ad h. l. bene obseruat, linguae latinae inopiam reddere loci huius interpretationem paullo difficiliorem. Nam nec nomen habet, quod plane respondeat huic Graeco *σύνοφρον*; nec

B

Βλεφάρων ἴτυν κελαίνην
Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς

Ἄπο

quod illi μεσόφρον. Hinc ne Cicero quidem de N. D. II. cap. 57. omnia reddere et interpretari potuit, quae Socrates apud Xenophont. Mem. Socr. I. 4. §. 6. de custodia et praesidio quasi oculorum dixerat. Mihi quidem, ut ad Anacreontem reuertar, ea interpretatio, (reliquorum enim interpretum sententias excutere, nec vacat, et ab instituto nostro abest,) minus difficilis et contorta, quam aliorum esse videtur, quando, versum decimum quintum et duo sequentes, dixerim, esse explicationem vers. 14. ut ἐχέτω exhibeat, referat, exprimat, referatur ad Κηρὸς in versu octauo; post ἐκένη suppleendum sit ἐσι aut ἔχει. τὸ λεληθότως συνοφρὺν denique innuat, pictorem cauere, ne puellam pingat plane superbulam, cuius intercilium diremtum esse videatur, aut omnino tristem, quae frontem corruget et quasi misceat; sed hilarem, ingenuam et venustam, quae seueritatem vultus et grauitatem condiat amoenitate quadam et comitate. Vultum enim puellae, aut alius cuiusuis hominis, superciliis in femiorbium speciem λεληθότως, ut discrimen vix sentias, curuatis iunctisque si intueberis, in natura ipsa hanc interpretationem positam deprehendes, ita, ut dulcedinem animumque poetae, ad naturam rei accurate referendam, intentum sentias et admireris. Pollux autem libr. II. Sect. 50. τὸ συνοφρῶσθαι supercilia contrahere, apud tragicos de tristibus dici obseruat; et Scholiaf. ad Theocrit. Idyll. VIII. 73. συνοφρὺς κόρα, explicat ἐνόφθαλμος ἢ συνετή. confer Trilleri obsl. p. 201. et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 756. Fischer V. Cl. cum Barnesio malit legere συνοφρῦ. verba τὸ λεληθότως συνοφρῦ de superciliis leui discrimine iunctis, verba autem βλεφάρων ἴτυς de ciliis, palpebris extremis, accipit, κελαίνην denique etiam ad συνοφρῦ, mutato genere refert. Sensus igitur loci est illi: habeat amicae meae imago, quae ipsa habet, supercilia et cilia nigra, h. e. pilis nigris vestita. conf. Lessing. in Laocoonte pag. 202. P. I.

v. 18. In oculis praecipua pulcritudinis habebatur sedes. vid. Alciph. III. ep. I. ibique Bergler, et Musaeum

Ἐπὶ τῆς πυρῆς ποίησον·
 Ἄμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης·
 Ἄμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης·
 Γράφε ῥῖνα καὶ παρειάς,
 Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας·

B 2

Γρά-

20

v. 64. ibique *Schrader*. Plura disputavi de hac re in commentatt. philol. I. et II. de *Oculo*.

v. 20. 21. *Oculi sint partim graues et quasi terribiles, partim amabiles.* γλαυκοὶ oculi sunt secundum *Plin.* hist. nat. VIII. 21. iidem, qui et caefii, quales sunt felis, leonis et noctuae oculi. adde ind. *Alciph.* III. 67. *Neuridam* vocat, τὰς βόλαις τῶν ὀφθαλμῶν ἀσράπτεισαν, acie oculorum corruscantem. *Seneca* *Hyppolit.* v. 795. *Quam grata est facies torua viriliter.* Illud *Homeri* II. α', 206. γλαυκῶπις Ἀθήνη imitatus videtur *Anacreon*, quem etiam od. 29, 12. et *Theocr.* *Idyll.* XX. 25. confer. De *Venere* vide *Philostr.* *Icon.* II. 1. p. 810. ed. *Olearii*. De voc. ὑγρῶν, quod proprie significat madidum, vide indicem, *L. Bosium* in *Animadu.* ad scriptores graec. pag. 46. 47. atque *Fischer*, qui commode laudat *Glossar. bibl. Coislin.* pag. 476. ὑγρὸς ὁ εὐκατάφορος, εἰς τὰς ἡδονὰς ῥευματιζόμενος. atque in oculis amantium mobilibus cerni potest aliquis humor: ab ὕγω, *sugo*. *Nemes.* *Ecl.* I. 54. de *Meliboeo* planius cecinit. *Blanda tibi vultus grauitas et mite seuera* (al. *serena*) *Fronte supercilium, sed pectus mitius ore.* conf. *Epigr.* 219. libri III. in *Anthol.* *Burmann.*

v. 22. 23. conf. *Achill. Tat.* I. p. 17. *Bion.* I. 27. *Propert.* II. el. 2. v. 19. *Musaeum* v. 58. vbi *Schraderus* plura collegit exempla, quibus illustraret, colorem candidum purpureo s. roseo mixtum, fuisse laudatissimum: adde *Schwebel* ad *Bion.* I. v. 11. *Dorville* in *Van. critio.* pag. 102. et ad *Chariton.* p. 161. *Klotz* lectt. *Venus.* pag. 377. sqq. et ad od. seq. vers. 18. Componere haud poenitebit, quae apud *Thomas Percy* in *Reliques of ancient english Poetry* (London 1765. vol. II. p. 133.) secundum interpretationem in *der Neuen Bibliothek der schoenen*



Γράφε χεῖλος, δια Πειθῆς,
 Προκαλόμενον Φίλημα.
 Τρυφερῶ δ' ἔσω γενεῖς,
 Περὶ Αὐγδίνῳ τραχήλῳ,

Χάρι-

Wissenschaften (vol. II. part. I. pag. 71.) leguntur. „Ihr krauses Haar schien jedem Blicke den reinsten Fäden Goldes gleich; Ihr glänzend Aug warf wie die Perlen aus Morgenland ein himmlisch Licht, das Blut trieb eine solche Farbe auf der crystallinen Wange vor, als ob die Lilie und Rose im Wettstreit um den Vorzug wär.“ vid. etiam od. seq. v. 28. ibique notam.

v. 24. H. e. labia ridentia et eiusmodi, ut inuitent ad oscula. Quidquid enim vim habet adliciendi, ei tribuitur παιδί. v. Fischer. Labia autem sunt Suadae, Gratiarum comitis sedes. v. Fabrum et Fischer. ad h. l. et Klotzii Lectt. Venus. pag. 187. adde Wielandi Comische Erzählungen. Endymion. v. 49. sqq.

26. v. Lessingii Laocoon. p. 218.

27. Αὐγδ. verto, circa, aut, per candidum collum. Martial. l. ep. 13. v. 3. habes Candida-Lygdos. conf. Schrader ad Musaeum pag. 176. Stephanus, qui benedixerat, esse marmoris genus, laudauit iam Philostrati prooem. Iconum, vbi Olearius plura de hoc lapide Alabastrite profert, idemque laudat Plinium H. N. XXXVI. 8. qui ab initio, „De Alabastrite, et Lygdino et Abalandico; ait, Hunc aliqui lapidem alabastritem vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria. — Nascitur circa Thebas Aegyptiacas et Damascum Syriae. Hic ceteris candidior.“ Est etiam λύγδος Paria conf. Salmasii Exercitt. Plinian. pag. 394. edit. Ultraiect. qui de hoc lapide agit copiosissime. Poetae vero candorem et nitorem hominis aut rei etiam cum Pario marmore comparare solent. Apud Theocrit. VI. 38. nitor dentium comparatur cum marmore Pario. Pindar. Nem. Od. 4. v. 131. σοῖλας θέμεν Παρίς λίθῃ λευκοτέρῃαν. vbi Schol. Parium lapidem vocari lygdinum, scribit. Horat. l. od. 19. v. 5. Vrit me Glyceræ nitor splendentis Pario marmore purius. Confer Klotz de felici audacia Horatii pag. 155. in Opusculis.

Χάριτες πέτοιτο πάσα.
 Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτήν
 Ὑποπορφύροισι πέπλοισ.
 Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
 Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.
 Ἀπέχει βλέπω γὰρ αὐτήν.
 Τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις.

30

CARMEN XXVIII. *)

De Bathyllo.

Γράφε μοι Βάθυλλον ἔτω,
 Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω.

B 3

Λιπέα-

v. 29. στόλισον, orna, v. indicem, et *D'Arnaud Animadu.* p. 22. sqq.

30. Subpurpureum imperat colorem, qui dilutior sit, et alios transmittere possit colores. De *peplo* v. indicem. Hanc vestis descriptionem multi illustrarunt, (v. *Bergler.* ad *Alciph.* pag. 160.) et artifices veteres in statuis et gemmis imitati sunt. v. *Klotz* ueber den Nutzen und Gebrauch der alten geschnittenen Steine, pag. 86. 87. Altenb. 1768.

v. 32. quod cutem prodat: simili, saltem parumper diuerso modo, *Horat.* lib. I. od. 9. v. 21. Nunc et latentis *proditor* intimo *Gratus* puellae *risus* ab angulo.

v. 33. ἀπέχει, sufficit, satis est: quod bene signat poetam, spiritu adflatum, qui incalescens et gaudio perfusus puellam ipsam videre sibi videtur. *Leisnerus* *μίσθον* supplet et legit ἀπέχε, accipe mercedem: quam interpretationem fulcire videtur v. 44. carminis sequentis.

*) Adiungimus hanc odam superiori, quia altera alteram illustrat, atque comparatio duorum carminum et delectabit adolescentes, Graecarum venerum cupidos, et sensum insigniter acuet. conf. *Lessing.* *Laocoont.* pag. 213.

Λιπαράς κόμας, ποίησον,
 Τὰ μὲν ἔνδοθεν, μελαίνας,
 5 Τὰ δ' εἰς ἄκρον, ἠλιώσας·
 Ἐλικας δ' ἔλευθέρους μοι
 Πλοκάμων, ἄτακτα συνθεῖς,
 Ἄφες, ὡς θέλωσι, κείσθαι.
 Ἀπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες
 10 Στεφένω μέτωπον ὄφρυς,
 Κυανωτέρη δρακόντων·
 Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔσω,
 Κεκερασμένον γαλήνη·
 Τὸ μὲν ἔξ Ἄρηος ἔλκον,

Τὸ

Winkelmann. ad odæ antecedentis initium laudatum.
Horat. epod. 14, 9. not. nostram ad od. 28, 12. et *Schneider*
Anmerk. pag. 244. vbi de significatione μέλας, κυά-
 νεος, copiose agit, et pag. LX.

v. 3. λιπαράς κόμας sunt comæ nitidæ, unguento de-
 libutæ, indeque refulgentes, eadem, quæ carm. XXVIII.
 9. dictæ sunt μύρτα πνέουσαι.

v. 5. v. *Iunius* de coma pag. 570. *Homerus* vocat ξαν-
 θήν Il. α. 197. *Odyss.* N. 399. 431. et Il. ε' 51. κόμα
 χαρίτεσσιν ὁμοῖαι. De voc. ἠλιώσας aureas, flauas, vide
 indicem.

v. 8. alii θέλωσι.

v. 9. δροσῶδες, rosida frons est succulenta, vt *Barnes*.
 monet, aut succi plena, vt *Terent.* Eunuch. II. 3. 26.
 ait, et succus ipse sanguisque faciei, qui splendet e vi-
 uenti, viua veraque facie. *Fulget viuus in ore liquor*,
 ait, *Martialis* (VI. epigr. 13. 4.) apud *Gronouium* in
Diatriba Statiana pag. 150. sqq. vbi de hac venustate vbe-
 rius agit. In genere dicitur de rebus teneris. v. *Fischer*.

v. 12. conf. od. 28. 20. *Philostr.* icon. p. 798. ed.
Olearii. *Museum Capitolin.* tom. III. nrō. 20. *Mariette*
 loc. mem. nr. XVIII. γοργός est acer, alacris, v. *D'Ar-*
naud animaduersf. pag. 24. sq. f, trux, grauis, quem

Τὸ δὲ, τῆς καλῆς Κυθήρης 15
 Ἴνα τις τὸ μὲν φοβῆται,
 Τὸ δ', ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται.
 Ῥοδίνην δ', ὅποια μῆλον,
 Χνοίην ποίει παρειήν 20
 Ἐρύθημα ὡς ἂν Ἀιδῆς
 Δύνασαι βαλεῖν, ποιήσον.
 Τὸ δὲ χεῖλος, ἐκ ἔτ' οἶδα
 Τίτι μοι τρόπῳ ποιήσεις,
 Ἀπαλὸν, γέμον τε Πειθῆς.
 Τὸ δὲ πᾶν, ὁ κηρὸς αὐτὸς 25

B 4

Ἐχέ-

significatum h. l. praefert Fischer, qui vertit, sit oculus, vultus, serena gravitate, hilari severitate, plenus. Nam γαλήνη h. l. est serenitas, v. ind. γαλήνη.

v. 16. φοβῆται, timeat: notanda est vis medii, v. Küster. (pag. 14.) et Clericus (pag. 168.) de verbis mediis. τὸ μὲν — τὸ δὲ partim quidem, — partim vero. conf. Aelian. H. V. lib. 13. c. 1. de Atalanta.

v. 18. Faber h. l. ita vertit: Facito, ut eius genae, quae rosae colorem referunt, lanuginosae sint, uti malum Cydoniacum, v. etiam Stephan. ad h. l. μῆλον enim est h. l. malum Cydonium, Quitten, quod cana lana, s. lanugine obductum est. v. Virg. II. Ecl. 51. ibique cel. Heyne. Ab rosa vero poetas ad venustatem rei viuis coloribus depingendam desumere elegantissimas comparationes, ad odam praecedentem v. 22. iam observauimus. adde Sapph. II. 13. et Wolf. ad Sapphus Fragm. p. 227.

v. 20. Construe ποιήσον, ὡς ἂν δύνασαι, βαλεῖν ἐρύθημα Ἀιδῆς. — Ἐρύθημα radix est, quae erythrodanum etiam vocatur, qua mulieres faciem pingunt: usurpatur h. v. pro rubore. Anacreon suaviter addit αἰδῆς, ὡς α. δ. βαλεῖν, h. e. fac, quantum addere potes, scil. per artem, adicias genae pudoris ruborem, ut gena emittat ruborem verecundum. adde Holstii notam.

v. 24. vid. ad od. praeced. v. 24.

v. 25. v. Virgil. Aen. VI. 843.

Ἐχέτω λαλῶν σιωπῆ.
 Μετὰ δὲ πρόσωπον ἔσω
 Τὸν Ἀδώνιδος παρελθῶν,
 Ἐλεφάντινος τράχηλος.
 30 Μεταμάζιον δὲ ποίει.
 Δίδυμάς τε χεῖρας ἐρμῆ,
 Πολυδέυκεος δὲ μηρῶς,

Διο.

v. 27. Alii legunt μέγα, et Baxter defendit.

v. 28. 29. Versus hos paullo difficiliores interpretes vario modo explicuerunt et tentarunt. v. Barnes. et Paw ad h. l. Ego vero adcedo *Salmasii* coniecturae, qui ad Tatii Erotica p. 664. legit τὸν Ἀδώνιδος παρελθῶν (*superans* Adonidis collum) ἐλεφάντινος τράχηλος. et sic dedit Brünck. vulgo τὸ δ' Ἀδωνιδ. παρῆλθον. Ita quoque τὸν δ' Ἀδων. παρελθῶν legendum iudicat *Warton* ad Theocrit. tom. II. p. 411. ad Toupii addenda, et docet παρελθῆν saepe denotare, *superare*, metaphora sumta a cursoribus, qui antegressos praetereunt. v. schol. ad Hom. II. α' 132. adde Heinsium et Drakenb. ad Sil. Ital. VI. 297.

v. 30. Μεταμάζιον. v. indicem. Poeta igitur, vt bene ait Fischerus, vult in pueri sui imagine mammillas ita eminare, vt inter eas pateat cauum.

v. 31. Mercurii manus ob gracilitatem et flexibilitatem in prouerbum abierunt. In pingenda autem pulcritudine Bathylli iubet Anacreon imitari et referre imagines deorum, quibus veteres artifices summam, quam mens et ingenium hominis concipere et exprimere potuerant, pulcritudinem adtribuerunt. v. *Winkelmann* Geschichte der Kunst P. I. p. 156. sq. Binas Mercurii manus expressas conspiciamus in monumento apud *Caylum* in Sammlung von Alterthümern p. 210. (edit. Noriberg. 1766.) De venustate Mercurii lege *Winkelmann* Anmerkung. über die Geschichte etc. P. I. p. 45. adde *Mariette* Traité des pierres gravées tom. II. nr. 28-30.

v. 32. Castor et Pollux inter formosissimos veterum adolescentes numerabantur. *Theocrit.* Idyll. XXXII. conf. *Montfauc.* antiq. expl. tom. I. part II. p. 304.

Διονυσίην δὲ νηδύν.

Ἐπαλῶν δ' ὑπερθε μηρῶν,

Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,

35

Ἄφελῆ ποίησον αἰδῶ,

Παφίην θέλσσαν ἤδη

Φθονερὴν ἔχεις δὲ τέχνην,

Ὅτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι

Δύνασαι· Τὰ δ' ἦν ἀμείνω.

40

B 5

Tí

v. 33. Bacchus summae pulcritudinis capax veteribus artificibus videbatur, praeter opinionem vulgi nostri. *Montfaucon* in antiq. expliq. tom. II. plures Bacchi effigies pulcerrime describendas aeri que incidendas curavit, quas non sine quodam animi motu adspicere poteris. In Museo Capitolino tom. III. nr. 30. est venustissimus Bacchus. In thesauro Gemmarum *Ebermayeriano* Norib. 1720. Bacchus venustissimus Ariadnem suam in pompa ducens in gemma quadam effictus est et expressus. confer etiam *Winkelmannum*, *Veber die Kunst des Alterth.* P. I. p. 160. et F... in epistola ad Voegelin. praemissa libro aureo: *Webbs* Untersuchung des Schönen in der Malheroy, (Tigur. 1766.) pag. XVI. *Mariette* l. m. nr. 33. 34. *Klotz* über den Nutzen und Gebrauch der geschnittenen Steine. pag. 149.

v. 35. πῦρ. forte id h. l. quod color rubeus, de quo ad vers. 20. disputauimus.

v. 36. Ἄφελῆ, vulgo nudum et apertum: sed *Brunck.* in lection. in *Analeceta poet. gr.* vol. III. p. 15. intelligit ἀτριχα. Ceterum hic et sequens versus verecunde describit primos pubertatis annos. confer *Schwebel.* ad *Bion.* Idyll. 8, 7. *Klotzium* de verecundia Virgilii (in *Opusculis* p. 254. sq.) et *Barth* ad *Calphurn.* ecl. III. 1. *Barnesius* tamen ἀφελῆ reddere malit simplicem atque innocentem, minime flagitiosum: qualis esse solet puerorum nondum plane puberum.

v. 39. τὰ νῶτα tergum, totam partem corporis auersam. v. indicem.

Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
 Λάβε μισθόν, ὅσον εἶπης.
 Τῆτον δὲ τὸν Ἀπόλλωνα
 Καθελὼν, ποίει Βάθυλλον.
 45 Ἦν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθης,
 Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

CARMEN XXX. *)

Ἄι Μῆσαυ τὸν Ἔρωτα,

Δήσα-

mulieribus sacra mystica. Vehabantur virgines canephorae curru, quarto Eleusiniorum die, qui incedebat valde tarde, trahentibus bobus: habebatque non rotas radiatas, quemadmodum alii, sed tympana, axi cohaerentia, et cantho ferreo iuncta. Post hunc feminae incedebant cistas mysticas baiulantes: erantque illae fasciis purpureis redimitae; dum humi spectare debebant profani, non e tectis aliisque locis editis: nec spuendum tum fuit: et circa vesperam id factum, ut pluribus docet Meursius in Eleusiniis sacris cap. 25. quem vide. *Th. Graev.* Spanhemio hic calathi processus videtur non ad Cereris Eleusinia, ut a Meursio factum, sed ad eiusdem deae, diuersa ab iis, Thesmophoria omnino referri, ut id tum aliunde, tum maxime v. 20. et 22. huius hymni clarius patere videtur illi; sed dissentiente Ernesti ad v. 6.

ibid. κατιόντος non est, descendente, sed redeunte post annuam absentiam et adueniente in urbem et templum suum, velut e peregrinatione aut e coelo. Est idem, quod Theocritus XV. in fine de Adonide usurpat ἀφικνεύσθαι. Sic in fragmentis Callimacheis pag. 448. n. 18. ἥλιος καταβαίνων est sol oriens. nam redit, cum oritur, ex peregrinatione velut et absentia ad terras, quas quotidie de nouo inuisere solet; id, quod adparet ex opposito ἐπι δε δυσμαῖς ὄντος, occidente sole. *Reiske.*

ibid. ἐπιφθέγγασθε. Sacrum a solis feminis, viris omnibus exclusis, procurabatur. Iubentur igitur hic in genere mulieres, sicut infra v. 119. tam virgines, quam mulieres, sollempnem huius Cerealis calathi processum comitantes, solitis eundem seu potius deam ipsam, in cuius ille honorem deferebatur, adclamationibus, (hinc ἐπιφθέγγασθαι, adclamate,) prosequi. vide Spanhem. et *Virgil. Georg. I. 346.*

v. 2. πολύτροφε, πάλυμεδ. Consueta sunt epitheta Cereris, quae eadem est cum Tellure, quoniam tellus multos profert fructus frugesque, et τροφή, nutritioni omnium rerum praest. Modium igitur in capite gestat

Τὸν κάλαθον κατιόντα (χαμαὶ θασεῖσθε βέ-
βαλοι)

Μηδ' ἀπὸ τῷ τέγεος, μηδ' ὑπόθεν αὐγάσ-
σοσθε,

Μὴ παῖς, μηδὲ γυναῖ, μηδ' ἄκατεχεύατο χαι-
ταν,

N 3

Μηδ' 5

Ceres. confer librum: *Parauer ex omni antiquitate eru-
tum*, Noribergae 1713. in 4. in primis pag. 42. sq. ibi-
que effigies aeri incisas. pag. 36. disputatur de voc. Δη-
μήτης. nam *Δαμάτερ* est dorice. — De voc. βέβαλοι vide
indicem.

v. 3. *θασεῖσθε*, dorice a *θάομαι* specto, vt *Theocrit.*
II. 72. XV. 23. conf. de hoc. voc. *Valcken.* ad *Theocriti*
Adoniaz. v. 65. pag. 367. Commodissimum autem vide-
tur *Ernesti*, verba *χαμαὶ θασεῖσθαι βέβαλοι* in parenthesi
accipi. Contra *Reiskius*, „dele, inquit, signa paren-
theseos, humo, de plano, spectate redeuntem calathum,
non autem e tectis domuum.“ Vt fere *Spanhem.* expli-
cuit, cui id vel inde factum videtur, quod non alia ef-
fet, vt vel graecum de ea nomen abunde arguit, *Δημή-
της*, siue *Ceres*, nisi *Tellus* omnium mater et nutrix,
quae spectatores proinde *humis*, seu *in terra*, vel in vesti-
bulis aedium stantes aut sedentes flagitaret; non e loco
aliquo sublimi, vt continuo additur, neque, quod alias
in eiusmodi pompis factum, vehiculis seu pilentis aut
equis vectos.

v. 5. *χαιταν*. Cum *Heinsio* *Arist. Sacr.* pag. 920. *Er-
nesti*, *Bandinio* et *Goldhagenio* intellexerim de meretrice.
Scholiast. cod. Reg. adscribit: *μηδ' ἦτις ἀγαμός ἐσι*. *Anna*
Fabri interpretatur, quae comam submitit, et temere *Ze-
phyris* agitandam reliquit, i. e. puella: mulieres enim
capillos non submittebant. *Reiskius* in alias abit partes;
scribo, inquit, *ἄ*, subaudiens *ῶρα*, neque ea diei parte,
(n. vespertina, aut quum cubitum eunt,) qua virgo
quaepiam, aut mulier solet crinem promittere, nodos
eius resoluit, et illum pendere atque fluitare neglectum
sinit. Tempori vespertino opponitur versu proximo *δ*.

Μηδ' ὄκ' ἀφ' αὐαλέων σομάτων πτύωμες ἀπα-
501.

"Εσπερος ἐκ νεφέων ἐσκέψατο πανίκα νεῖται'

"Εσπερος, ὅσε πιεῖν Δαμάτερα μῶνος ἔπεισεν,

Ἄρπαγίμας ὄκ' ἀπυσα μετέσιχεν ἴχνια κώρας.

10 Πότνια, πῶς σε δύναντο πόδες φέρειν ἐς τ' ἐπὶ
δυθμαῖς,

"Ες τ' ἐπὶ τῶς μέλανας, καὶ ὅπα τὰ χρύσεια
μάλα;

Οὐ πίες, ἔτ' ἄρ' ἔδες τῆνον χρόνον, εἰδ' ἐλοέσσω.

Τρὶς

matutinum; neque cum sicco despuimus ore. — v. 6. Heusing. in Periculo p. X. corrigit μή ποκ' quia Callim. inspectionem calathi interdicat ne, quando Ceres, vltura curiosos mysteriorum suorum inspectores, populo famem immittat.

v. 7. Sedulo et cupidus e nubibus prospectans observat Hesperus illud tempus, quandonam fit aduenturum, quo calathus ille sit promoturus gradum, in urbem ut importetur. Keiske. Hoc enim sacrum, observante Anna Fabri, ad vesperam incipiebatur, quia scilicet erat peruiligium Veneri, ut Palladi et aliis, qua diis, qua deabus, siue nocturna Cereris sacra. Quare circa vesperam prodire primum solita est huius deae pompa; in eaque calathi Cerealis gestatio.

v. 8. confer Isocrat. Panegy. cap. 6. ibique cl. Morum.

v. 10, conf. Valcken. praefat. ad Virgilium cum Graecis collatum pag. 46. supra, ad Mimmerm. III. 9. δυθμαῖς vid. indicem.

v. 11. μελάνας h. e. Aethiopas. — μάλα nempe ad Oceanum Atlanticum, vbi vulgo feraces illi aureis malis Hesperidum horti a veteribus statuuntur. v. Spanheim. et C. G. Schwarzii disput. de lapsu primorum humani generis parentum a paganis adumbrato. Altorfi 1730.

v. 12. Hunc versum pro spurio eiicit Ruhnken. epist. crit. II. pag. 37. adsciente Ernesti, cui etiam vers. 15.

Τρεῖς μὲν δὴ διέβησ' Ἀχελώϊον ἀργυροδίαν,
 Τοσσάκι δ' ἀενάων ποταμῶν ἐπέρασσας ἕκασον,
 [Τρεῖς δ' ἐπὶ καλλιῆς νῆσος δράμες ὄμφαλον
 Ἐνναν]

15

Τρεῖς δ' ἐπὶ καλλιῆ [χόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσασα
 Φρητὶ]

Αὔσαλέα, ἀποτόστε· καὶ δ' Φάγες, εἰδ' ἐλοέσσω.
 Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἃ δάκρυον ἄγαγε Διοῖ.
 Κάλλιον, ὡς πολίεσσιν ἐαδότα τέθμια δῶκε·

N 4

Κάλ-

spurius posterior pars v. 16. supplementum a recentiori manu esse videntur. καλλιχ. puteus fuit in Attica celeberrimus. Enna autem in media insula Sicilia sita putabatur: hinc ὄμφαλος, umbilicus dicitur.

v. 12. Secundum Spanhemium hinc tertia etiam Thesmothoriorum dies, Pyanepsionis nempe decima sexta ieiunio a mulieribus iis operantibus translata, eademque νησεῖα inde dicta. Abstemia erant tam apud Graecos, quam apud Romanos haec Cereris sacra: Feminae autem illis sacris operantes a vino abstinere debebant, cum quia in casto esse debebant, tum maxime, quod oblatam in aedibus Hippothoontis vini potionem moesta adhuc ob filiae raptum recusasse fertur eadem Ceres.

v. 13. Achelous fluvius fuit Aetoliae, qui ab Acarnania separat, et prae aliis fluviis celebris.

v. 14. ἀενν. ita fluvii a perenni fluxu apud Graecos poetas dicti sunt, mox simplici σ, Lascaris dedit ἐπέρασσας.

v. 18. ἤγαγε. Correxi ἄγαγε ex H. in L. P. v. 5. 81. et sic semper Pindarus. Μὴ μὴ elegans repetitio, in qua tamen librarii offenderunt, ut Vossianus, qui dedit μὴ δὴ. v. Douville ad Charit. p. 200. Ernesti. In sacris autem Cereris omnis luctus omniaque mali ominis verba abesse debebant. v. Spanheim.

v. 19. τέθμια. Hesych. νόμοις, leges. Hinc Ceres Θεσμοφόρος, legisera, dicitur, quod post inventum a Cerere frumentum discreti primum fuerunt agri, indeque iura legesque enatae sunt, quibus suum cuique tribueretur; et Romae in aede Cereris aeri incisae leges

30 Κάλλιον, ὡς καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα
πράτα

Ἄσαχύν ἀπέκοψε, καὶ ἐν βόας ἤκε πατῆσαι,
Ἄνικα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχ-
ναν.

Κάλλιον, ὡς (ἵνα καὶ τις ὑπερβασίας ἀλέηται)
[Θήκατο βσπεῖνα Τριόπεω γόνον οἰκτρὸν] ἰδέσ-
θαι.

Οὐπω

positae erant. v. Spanhemium, qui item comparat Hebraeorum festum messis, et de auctoritate diuinitateque primorum legislatorum agit, et *Fabricii* B. Gr. vol. II. p. 32. ibique *Richteri* notam.

v. 20. Haec altera, immo praecipua quaedam causa instituti huius apud Graecos et quidem Atticos sacri. Hinc Cereri, inuentrici et auctori messis, frugum primitiae seu spicarum sacro manipulo (δράγματι) et spicera festa statis messis temporibus offerri olim consueuerant. Immo enata est primum sacrorum eiusmodi conuentuum ac festiuitatum origo. vide *Spanhem.* qui praeter ea ritus Aegyptiorum et Hebraeorum comparat.

v. 21. Trituram intelligit, quae bobus et iumentis peragitur, et non solum apud Graecos, sed etiam apud Hebraeos, Syros, Arabes et Aegyptios olim in usu fuit.

v. 22. confer *Quid.* III. *Trist.* 8. 1. ibique a me notata. *Valer. Flacc.* I. *Argonaut.* 67. et *Spanhem.* ad nostrum locum. Legislator fuit apud Athenienses antiquissimus, et Thesmophoria seu sacra in honorem Cereris Legiferae qui institueret, primus fuit. adde libell. de Papauere ad vers. 2. laudatum pag. 106. et 107. *Fabricii* *Bibl. gr.* vol. II. p. 22. ibique *Richteri* notam.

v. 23. Egrege inserit poeta sententiam, qua quidem et fabulam illuminat quasi, et docet.

v. 24. Hunc versum exfulare iubet *Ernesti.* Θήκατο φει, v. indicem *τιθένας. Βσπεῖνα* ingenti, dira fame. *Hesych.* tom. I. pag. 752. *Βσπεῖναν, μέγαν λιμὸν,* et *Suid.* tom. I. pag. 448. *Βσπεῖνα, ἡ μεγάλη πείνα.* Nam *Bs* in compositis auget significationem. Sic *Βσπυς* explicatur

Οὐπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον, 25
 Τὴν δ' αὐτᾶ καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοὶ
 Δένδρεσιν ἀμφιλαφές· διὰ κεν μόλις ἦνθεν
 οἴσός.

Ἐν πίτυς, ἐν μεγάλας πτελέας ἔσαν, ἐν δὲ καὶ
 ὄχνας,

N 5

Ἄν

ab Hesychio νέος μέγας, et Anthon. Differ. p. 109. Βέπαις, ὁ μέγας παῖς. v. 103. vocatur βέβρωσις. Locus classicus est apud Varron. de R. R. II. cap. 5. p. 89. ed. Stephani. addé Schol. atque Hemsterhus. ad Aristophan. Plutum v. 874.

v. 25. Docet Cl. Salmaſius in notis ad inscription. Herodis Attici pag. 28. τὰν κνιδίαν pro τὰν κνίδειν poni, — nec Cnidios in Thessaliam, verum Thessalos relicta vrbe Dotio in insulam Cnidum profectos duce Triopa, ibique condidisse urbem Triopion. Dotium, urbem Thessaliae, vocat sacrum propter lucum Cereri ibi ab antiquis, quos Pelasgos dicit noster fuisse, positum. ἱρὸν pro ἱερὸν sacrum, ionice.

v. 26. f. ἢ δ' αὐτᾶ aut τηναί τᾶ, id est, ἐκεῖ αὐτῇ, ibi ei, Cereri puta. Reiske. Τὴν alienum quoque videtur Ernesti, quoniam in toto loco de Cerere in tertia persona loquitur. Enimuero, nisi Reiskii coniectura valde probabilis amplectenda videtur, forte τὴν dorice pro σοι more consueto παρέλκει: αὐτᾶ dorice pro αὐτῇ illi Cereri, vel illo loco, ἐν αὐτῇ χώρᾳ. — ἄλσ. ἐποιησ. vide indicem et confer Lucan. III. 393. sqq.

v. 27. ἀμφιλαφ. vide indicem. — κεν' poetice pro ἄν, quare aor. 2. διῆνθεν, (nam διὰ-ἦνθεν per tmefin discreta, sunt coniungenda, vt mox ἐν-εσαν) reddi debet per imperfectum coniunctiui, penetraret, perueniret. v. Hoogeu. de particul. tom. I. pag. 79. n. 7. sic supra Anacr. VIII. 19. κἢν ἀφῆ με, etiam si me dimitteres. Bion I. 39. ἄν cum aor. primo coniunctum, ἐκλαυσεν ἄν, reddendum est, deplorasset. vide Hoogeu. loc. mem. n. 6. add. Aeschini's dial. I. nr. 12.

v. 28. Coaceruatione arborum multifariarum eodem

Ἐν δὲ καλά γλυκύμαλα. τὸ δ', ὡς ἄλεκτρι-
νον, ὕδωρ

30 Ἐξ ἀμαρᾶν ἀνέθνε. θεὰ δ' ἐπεμαίνετο χώρω
"Ὅσον Ἐλευσίनि, Τριόπῳ δ' ὅσον, ὀκκόσον" Ἐννα.
Ἄλλ.

in loco poetae veteres utuntur, et in his Virgilius quoque, quam Scaliger recte notavit. Est enim prodigiosa et aliena ab omni verisimilitudine, praesertim in loco spontaneo, manibus hominum non instituto. Sed vitium hoc est illis commune, de quo questus etiam est I. M. Gesnerus ad Orphei Argonaut. vers. 909. ubi exemplum huius luxuriei est tam portentosum, ut, quaecumque eius supersunt alia, omnia longe superet. Reiske. In lucis, qui inviolabiles habebantur, et diis quoque consecrabantur maiorum gentium, arborum densitatem et obscuritatem observatam, diversaque arborum genera, item fontes et amnes fuisse, et nos Callimachi locus testatur, et Eschenbach. de consecratis gentilium lucis §. 4--9. (quae disputat. est inter eius diss. academias Norib. 1705. pag. 133. sqq.) vberius docet. adde indicem.

v. 29. γλυκύμ. quae alias de fructu, hic de arboribus ipsis dicuntur. vide Spanhem. qui antea quoque de ὀχναῖς piris agrestibus translatis, iisque bonos tum ferentibus fructus late disputat. — ἄλεκτρινον ὕδωρ, eleāvina, h. e. pellucida, limpidissima aqua. Schol. ἄλεκτρινον, διωγῆς, παρὰ τὸ ἤλεκτρον. (Bernstein vulgo.)

v. 30. ἀμαρᾶν dor. pro ἀμαρῶν, e scatebris. Schol. ad h. l. εἰσὶ δὲ αἱ ὑδρορροαί. Hesych. tom. I. pag. 262. in hortis aquae fluxum nominari dicit, quod simul et aequaliter et sedate fluit, ἀμάρη, ἢ ἐν τοῖς κήποις ὑδρορροαὶ παρὰ ἅμα καὶ τὸ ἴσως καὶ ὁμαλῶς ρεῖν. — ἐπεμαίνετο vide supra ad Theocrit. XXX. 31. — ἐπεμ. χώρω est ex Homero ducta loquendi ratio Il. Z. 160. χώρος de tali loco est et apud Xenophont. Expedit. Cyr. V. p. 378. Ernesti. Certa enim quaedam loca prae aliis a numinibus mirifice esse dilecta, monet et probat Spanhem.

v. 31. Τριόπῳ. Ab Herodoto aliisque vocatur Τριόπιον, conf. cl. Heyne ad Apollodori biblioth. pag. 102. supra,

Ἄλλ' ὄκα Τριοπίδαισιν ὁ δεξιὸς ἀχθετο δαίμων,

Τετάρκις αἰ χείρων Ἐρυσίχθονος ἀψατοβωλά.
Σένατ' ἔχων Τεράποντας εἴκοσι, πάντας ἐν
ἀκμᾷ,

Πάντας δ' ἀνδρογίγαντας, (ὅλαν πόλιν ἀκροί
ἄρα,) 35

Ἀμφοτέρων πελέκεσσι καὶ ἀξίναισιν ὀπλίσσας.
Ἐς δὲ τὸ τᾶς Δάματρος ἀναιδέες ἔδραμον ἄλ-
σος.

Ἦς

Moschi Idyll. III. 99. Erat autem Cariae seu Cnidorum in Caria, idemque Coe adiacens promontorium et vrbs a *Triopa*, huius Eryfichthonis patre condita; sed eo demum tempore, quum, post famem filii diram, coloniam in Cariam deduxisset, et illam urbem a se conditam, de suo adpellasset nomine. Nondum vero exstitit illa vrbs, quum in peninsulam Cariam Pelasgi traicerent. Callimachus igitur h. l. *πρόληψιν* siue *προχρονισμόν* admisit. vide Graevium et Spanhem.

v. 32. Triopidis, i. e. Eryfichthonis, Triopae filio, totique illi familiae. — *δέξιος*, *dexter*, h. e. bonus, dicitur Genius siue deus, quia dii bonorum habebantur largitores. Quando contra dii irasci dicantur, docet Spanhem.

v. 33. malit Ernesti *τετάρκι δὴ ibi tum*.

v. 35. Possit *ἔειν* subaudiri, neque multum contendam, si quis hoc velit, et in vulgata *ἀκροί* acquiescat, ego vero malim sublatis signis parentheses, *ἀκροίος*, Dorice pro *ἀκροίος*, vt apud Theocrit. Idyll. 10. *τὸς Φακὸς ἔψην* pro *τὸς Φακὸς*: praesertim cum etiam libri, Vossianus atque Ambrosianus, hoc dent, tametsi accentu prauo. *Reiske*. — *ἀνδρογιγ.* Ita poetae homines illos fabulosos, qui in deos furere ausi sunt, humanam staturam superasse, fingere solent. confer *Euripidis Phoeniss.* 1037. 1137.

v. 36. *πελέκως*, *securis*, vna parte acuta: *ἀξίνη*, *bipennis*, vtraque parte acuta.

Ἦς δέ τις αἰγειρος, μέγα δένδρεον, αἰθέρι κῦ-
ρον·

Τῷ δ' ἐπι ταῖ νύμφαι ἵποτι τῶνδ' ἰόντων ἐψιόωντο.
40 Ἄπράτα πλαγεῖσα, κακὸν μέλος ἴαχεν ἄλ-
λαις.

Ἦσθετο Δαμάτῃ, ὅτι οἱ ξύλον ἱερὸν ἀλγεῖ·
Εἶπε δὲ χωσαμένα, τίς μοι καλὰ δένδρεα
κόπτει;

Αὐτίκα Νικίππα, (τάν οἱ πόλις ἀρήτειραν
Δαμοσίαν ἔσασαν,) ἔείσατο· γέντο δὲ χειρὶ
45 Στέμματα καὶ μάκωνα, κατωμαδίαν δ' ἔχε
κλαῖδα.

Φᾶ

v. 38. ἦς pro ἦν, vt saepe apud Theocritum, Annae Fabri Ovidius *quercum* rectius posuisse videtur. Ἰαγειρος, (quod est vocabulum Creticum,) fuit populus nigra, quae in maiorem altitudinem, quam alba populus, exsurgebat. Celsis autem arboribus vulgo confiti erant facii veterum luci. v. Spanhem.

v. 39. τῶνδ' ἰόντων.] pro τὸ ἐνδ' ἰόντων *meridiem*.

v. 42. κόπτειν, seu ἐκκόπτειν *succidere*, funditus excidere, religiosas id genus arbores, semper vetitum fuit.

v. 44. ἔσασαν nempe Dotium eiusque ciues; imitatus est Homerum Il. Z. 300. *Publica sacerdos* constituta dicitur, et quod collatio sacerdotiorum propter sacrorum religionem inter praecipuas rei publicae et administrationis curas fuit semper et vbique ferme habita, et quod sacra Cereris a probatis lectisque feminis publice fiebant. Plura vide apud Spanhem. Spiceae autem coronae et papauer fuerunt attributa Cereri. Sacerdos vero tamquam aedis sacrae custos clauem ab humeris pendulam gestat. confer *Schwarzii* disp. de Diis clauigeris. Altdorf. 1744. et *Valcken.* ad Theocriti Adonias. pag. 334. 335.

γέντο est ab antiquo verbo γέννομαι, vel γένομαι. Hesychius γέννε, Κύπριοι, λαβέ. *Ernesti*.

v. 45. vide librum: Papauer ex omni antiquitate erutum, pag. 36. 37. inprimis pag. 39.

Φᾶ δὲ παραψήχοισα κακὸν καὶ ἀναιδέα Φῶτα,
 Τέκνον, ὅτις τὰ Θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κέπ-
 τεις,

Τέκνον ἐλίνυσον, τέκνον πολύθεσε τοκεῦσι,
 Πάυεο, καὶ θεράποντας ἀπότρεπε· μή τι χα-
 λεφθῆ

Πότνια Δαμάτῃ, τὰς ἱερὸν ἐκκεραΐζεις. 50
 Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας, χαλεπώτερον, ἢ κεν-
 ναγὸν

Ὄρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα
 Ὄμο-

v. 46. Παραψήχοισα, *perpulcens*. Hanc lectionem rece-
 pit *Ernesti* in textum pro vulgato παραψύχοισα, *consolans*
 quod alienum esset ab hoc loco, et ablegat ad *Arnaldi*
Anim. pag. 80. 81. in primis *Pierfonium* in *Verisim.* pag.
 132. qui de confusione ψύχειν et ψήχειν egit. *Reiskius*
 tamen hanc lectionem vitiosam, et temere introduciam
 dicit, seruari debuisse veterem probam παραψύχοισα,
 quam quoque *Bandinius* rescripsit. vid. etiam *Reiskium*
 ad *Theocrit.* 13. 54.

v. 47 — 50. ἀνειμ. - ἐλίνυσον - πελυθ. vide indicem sub
 hh. vocc. ἐλίνυσον, num simplici, an duplici v. scribatur,
 disputat *Ernesti*. adde *Brunck.* *Analect.* III. p. 240. Sed
 utrumque nugari ait *Toup.* in *Emend.* ad *Suid.* et *Hes.*
 vol. I. p. 57. sq. not. adde eundem vol. II. p. 8. sq. et
 quae notavi ad *Theocr.* X. 51. ἱερὸν scil. ἄλλος.

v. 52. In *Molossidos* tractu, vbi mons ille *Tmarus*
 vel *Tomarus* est, ferocissimos leones gigni, ex *Aristo-*
tele *Plinio*que obseruat *Spanheim*. Ad vultum vero *Erys*.
 atrocem ita pingendum, vt sensui quasi subiici possit, or-
 nate comparat vultum illius *leacnae*, et ad picturam quasi
 absoluendam, addit, illius vultum esse truculentissimum,
 adspectu terribilem. v. *Theocrit.* XXII. 21. *Horat.* I. Od.
 23. 9. 10. *Atqui non ego te, tigris vt aspera Gaetuliusue*
leo, frangere persequor. — *Claudian.* in *Rufinum* I. 225.
 sqq. vbi vide *Barth*.

ᾠμοτόκος, (τὰς Φαντὶ πέλειν βλοσυρώτατον
ὄμμα,)

Χάζευ, ἔφα' μή τοι πέλεκυν μέγαν ἐν χροῖ
παξῶ.

55 Ταῦτα δ' ἐμὸν θασεῖ σεγανὸν δόμον, ᾧ ἐνὶ δαί-
τας

Αἰὲν ἐμοῖς ἐτάροισιν ἄδην θυμαρέας ἀξῶ.

Εἶπεν

Effera praetumido quatibat corda furore.

Quae sic Gaetuli iaculo percussa leaena,

Aut Hyrcana premens raptorem bellua Parthum,

Aut serpens calcata furit?

Τὸν δ' ἄρα verte propter vim voc. ἄρα, ille vero his audi-
tis. v. ad vers. 113. Denique nota differentiam: ὑποβλέ-
πειν est linnis oculis adspicere, v. Salmas. Exercitt. Plinian.
pag. 231. F. edit. Ultraiect. Dorville ad Chariton. pag.
506. Ἀντιβλέπειν et προσβλέπειν dicitur is, qui oculos
vultumque alicuius perferre potest. vide Theocrit. V. 37.
Mosch. IV. 50. ibique not. Spanhem. ad Iuliani Caesar.
pag. 51. edit. Heusingeri. Ἐπιβλέπειν est, oculis benignis
respicere. Luc. I. 48. Iacob. II. 3. confer Elsneri Obs.
sacras tom. I. pag. 220, 1. Ἀποβλέπειν est aliquem cum in-
signi admiratione adspicere. Xenoph. Mem. Socr. IV. 2,
2. vbi v. Hindenburg et Fischer in indice ad Theophr.
h. v.

v. 54. παξῶ, (libri male πάξω,) dorice pro πήξω, a
πήγνυμι, figo. vide Maittaire de dialectis pag. 219. Do-
res enim vltimam futuri flectunt.

v. 55. θασεῖ hoc recte mutasse dicitur Stephanus in
θασει dorice pro θήσει, et A. Fabri ac doctiss. Ernesti
laudant emendationem Stephani; sed Lascaris iam in
editione Florentina legerat θασει, vt Bandinius in varie-
tate lectionum adnotauit. adde Koen ad Gregor. Corinth.
de dialectis pag. 100. sq. Δόμος h. l. non est domus, quae
iam tecta erat, sed triclinium, quod subiecta descriptio
docet. Eryfichton volebat lacunar struere in triclinio,
seu coenaculum laqueatum (hinc σεγανόν, n. densum) effi-

Εἶπεν ὁ παῖς. Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο
Φωνάν.

Δαμάτῃς δ' ἄφατόν τι κοτέσσατο· γείνατο δ'
ἅ θεῦς·

Ἰθματα μὲν χέρσω, κεφαλὰ δὲ οἱ ἄψατ'
ὀλύμπω.

Οἱ μὲν ἄρ' ἡμιθνήτες, ἐπεὶ τὰν πότνιαν εἶδον, 60

Ἐξαπίνας ἀπόρρασαν, ἐνὶ δρυσὶ χαλκὸν ἀφέντες.

Ἄ δ' ἄλλως μὲν ἔασεν, (ἀναγκαίᾳ γὰρ ἔποντο

Δεσπο-

eere, in quo coenaculi praecipuus ornatus. Sic *Theocrit.* XVII. v. 17. infra v. 64. est eodem sensu. vide Ernesti notam. Theffali autem, qualis fuit Erysichton, valde edaces sunt vituperati. v. Spanhem.

v. 57. Libri tribuuntur a poetis Ioui, Parcisi, aliisque diis, quibus cura rerum humanarum, in utramque partem. Similiter ergo Nemese siue Adraesteae libri tribuuntur. v. *Ernesti*. Quin ipsa S. S. eiusmodi loca suppeditare potest.

v. 59. Virgil. III. Aen. de fama (notante *Vulcanio*,) *Parua metu primo, mox se attollit in auras. Ingressiturque solo, et caput inter nubila condit.* confer quae scripsi ad *Anthol. lat. poet.* Lucret. I. 64. et *Klotzii* epistolas *Hom.* pag. 195. sq.

v. 60. ἡμιθνήτες edidit Aldus, quod esset ab ἡμιθνήξ. Et saepe Doris Σ in Ξ mutant, vt κλαξ pro κλαίς. *Heusing.* in *Periculo* p. X.

v. 61. χαλκὸν, aes, non, ferrum dicit poeta, quoniam antiquissimis temporibus, vti ex Homero constat, aes frequentius fuit ferro, et hoc contra carius ac praestantius. vide *Riccii* Dissertatt. *Homeric.* tom. I. diff. XVI. pag. 157. sqq.

v. 62. ἄλλως non refertur, iudice Ernesti, ad famulos, et versus proxime superiores, sed ad sequentia po-

Δεσποτικὰν ὑπὸ χεῖρα,) βαρὺν δ' ἀπαμείψατ'
ἀνακτα,

Ναὶ ναί, τεύχεο δῶμα, κύον, κύον, ᾧ ἐνὶ δαῖ-
τας

65 Ποιησεῖς· θαμινὰ γὰρ ἐς ὕπερον εἰλαπίναι τοι.
Ἄ μὲν τόσσ' εἰποῖσ' Ἐρυσίχθονι τεύχε πονηρά.
Αὐτίκα οἱ χαλεπὸν τε καὶ ἄγριον ἔμβαλε λι-
μὸν,

Αἰθωνα, κρατερόν· μεγάλα δ' ἐσρέυγετο νῆσσω.
Σχέτ-

tius, et ad βαρὺν ἀνακτα, at cel. *Kapp* melius censet, id voc. omnino referri debere ad famulos, quos impune dimisit Ceres. ἔασσαν, quam lectionem etiam *Lascaris* habuit, *Stephanus* bene mutavit in ἔασεν. v. *Ernesti*.

v. 63. χεῖρ hic loci est opus seruis ab hero imperatum, et ab herili manu demonstratum, ad quod agendum herus seruos suos manu adductos adponit et adfigit quasi *Reiske*. Hoc sensu etiam *manus* apud Latinos reperitur. Sic fere apud *Valer. Flacc.* III. *Argon.* 336. vide etiam *Spanhem*. Facilius forte suppleas ὄντες, quia sub manu h. c. potestate domini erant, ut *Steph.* iam verterat. Meam interpretationem probavit cel. *Kappius*, et laudavit *Matthae.* VIII. 9.

v. 64. Apud Homerum hoc conuiciandi genus haud infrequens est, et deae quoque se mutuo laceffunt, ut *Iuno Dianam* *Iliad.* φ. 481. *Iris Mineruam* *Iliad.* θ. v. 423. ἀνοτάτη κύον impudentissima canis. Sed enim difficile est, de dignitate verborum recte iudicare, praesertim ex interpretationibus latinis. v. *Riccium* in dissertatione *Homerica* X. et XI. et *Klotzium* de verecundia *Virgilii* pag. 270. (in *Opusculis* varii argumenti.) Et rudiori aetati condonandi sunt illi flosculi, quos tamen homines, qui elegantiores videri velint, haud spernere, vel nostra aetas docet.

v. 68. Αἰθωνα, ardentem, diram. v. *Spanheim.* et *Ernesti*; interpretes ad *Alian.* V. H. I. 27. *Reines.* var. lect. III. 2. pag. 370. et ἐσρέυγετο tabescere coepit, est ver-

σχέτλιος ὅσα πάσαιτο, τόσων ἔχεν ἡμερος
αὐτίς.

Ἐκατι δαῖτα πένοντο, δωδέκα δ' ὄϊνον ἄφυσ-
σον. 70

Τόσσα Διώνυσον γὰρ, ἃ καὶ Δάματρα χαλέ-
πτει.

Καὶ γὰρ τᾶ Δάματρι συναργίσθη Διόνυσος.
Οὔτε

bum Homericum ex Il. O' 512. Od. μ'. 381. v. *Ernesti*
ad Callim. et *Valcken.* ad Ammon. animaduers. p. 130.
Sequebatur enim βελεμῖα siue indefinens cibi adpeten-
tia, indeque orta est imbecillitas viriumque prostratio et
tabes. confer v. 93. ibique Spanhem.

v. 69. ἡμερος bene habet. Subauditur αὐτόν. *Theo-*
crit. 16. 65. hoc versu Stephani interpunctio seruari de-
bebat. *Reiske.* Stephan. nimirum interpunxit post σχέτ-
λιος. Sed quia tunc ἡμερον foret corrigendum, nam ἔχεν
refertur ad σχέτλιος, et sequi adeo debet aduersarius,
deinde quia editiones veteres non interpungunt post
σχέτλιος, *Ernesti* has sequutus est. inde nota *Reiskii*
intelligi debet. Atqui si signum exclamandi post σχέτ-
λιος poneretur, grauior forsitan erit oratio, et sententiae
Reiskii subscriberem. πάσαιτο est a πάσσομαι, edo: πάσ-
σω vero est possideo. vide *Ernesti* ad h. l. et ad versum
128.

v. 71. 72. *Ernesti* ad h. l. et *Ruhnken* in epist. critica
II. pag. 38. alterutrum versum spurium esse, propter
frigidam tautologiam, quae inesset, iudicarunt. *Reiske*
tamen „vers. 71. qui nunc est, ait, post 72. est collo-
candus, vt inuerso ordine sequantur ad hunc modum
Ἐκατι δαῖτα — καὶ γὰρ τᾶ Δ. — τόσσα Δ, γ. — Οὔτε
μιν — Potest tamen vulgaris ordo versuum seruari. si
καὶ γὰρ reddimus, ideoque etiam nunc. — verbum χαλέπ-
τειν significat h. l. in furorem agere, iram alicuius atque
indignationem ciere, commouere.“ Ego vero tolerarem
hanc tautologiam in pedestri quadam oratione, aut in
fabulis et narrationibus; sed in hymno mihi frigida esse

Οὐτέ μιν εἰς ἐράνως ἔτε ξυνδείπνια πέμπον
 Αἰδόμενοι γονέες· προχανὰ δ' ἐυρίσκετο πάσα.
 75 Ἦνθον Ἰτωνιάδος μιν Ἀθαναίας ἐπ' ἄεθλα
 Ὀρμενίδαυ καλέοντες· ἀπ' ὧν ἠρνήσατο μάτηρ.
 Οὐκ ἐνδοῖ. χθιζὸς γὰρ ἐπὶ Κρανῶνα βέβηκε,
 Τέλθος ἀπαιτήσων ἑκατὸν βόας. ἦνθε Πολυξῶ,
 Μάτηρ Ἀκτορίωνος, (ἐπεὶ γάμον ἄρτυε παιδί)
 80 Ἀμφότερον, Τριόπαν τε καὶ νεία, κικλήσκουσα.
 Τὰν δὲ γυναῖ βαρύθυμος ἀμείβετο δακρυχέουσα,
 Νεῖταί τοι Τριόπας· Ἐρυσίχθονα δ' ἤλασε κά-
 προς

Πίν.

videtur, et Ernestio adfentiri malo. Bacchum vero Ce-
 reris πάρεδρον, adfessorem nominat Pindar. Isthm. od. 7.
 plura vide apud Spanhem.

v. 73. Reiskius mauult ἔτ' ἐς ξυνδείπνια.

v. 75. 76. Iton, vrbs Theffaliae, vbi Minerua, inde
 Itonia Ἰτωνίς et Ἰτωνιάς dicta, colebatur, et Ormenidac
 erant Theffali, in eodem, quo Mineruae Itonicae fanum,
 tractu, nempe inter Pheras et Larissiam. Itonis autem
 haec dea etiam in vrbe Boeotiae Coronea culta fuit, non
 a loco, sed ab Itono sacerdote, Amphyctionis filio, ita
 adpellata. vid. Spanhem. ad h. l. et ad H. in Pallad. v. 61.
 vbi de hoc Itoniae Mineruae cultu et agonibus apud
 Boeotos celebratis egit. ὧν, Ernesti refinxit pro ἐν, quia
 sic semper scribunt Dores poetae.

v. 77. ἐνδοῖ doricè pro ἐνδον, non est intus, non domi
 est: de quo vocabulo vide Valcken. ad Theocriti Ado-
 niaz. p. 363. χθιζὸς pro χθις, v. Lannep. ad Coluthum
 v. 371. Κραν. vrbs Theffaliae.

v. 82. νεῖται veniet ad nuptias, parat sese, vt iis in-
 terfit, iam iter illuc ingreditur. v. H. in Dian. v. 148.
 Reiske. Schol. ἐρχεται. Graeci, nec non Latini, tem-
 pore praesenti pro futuro vtuntur, vt Anna Fabri iam
 bene monuit. Sic Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 2 et 17. confer
 Sanctii Mineruam I. 14. 4. ibique Perizon. Aristophanis

Πίνδον ἀν' εὐάγκειαν, ὃ δ' ἐννέα Φάεα κεῖται.
Δειλαία, Φιλότεκνε, τί δ' οὐκ ἐψέυσας, μᾶ-
τερ;

Δαίνυεν εἰλαπίνας τις; ἐν ἄλλοτρίοις Ἐρυσίχ-
θων. 85

Ἄγετό τις νύμφαν; Ἐρυσίχθονα δίσκος ἔτυ-
ψεν,

Ἥ ἔπεσ' ἐξ ἵππων, ἢ ἐν Ὀθρυῖ ποίμνι ἀριθ-
μεῖ.

Ἐνδόμυχος δ' ἤπειτα πανάμερος εἰλαπιναςαῖς

Ἦσθιε μυρία πάντα· κακὰ δ' ἐξάλλετο γαστήρ

Αἰεὶ μᾶλλον ἔδοντι. τὰ δ' ἐς βυθὸν οἶα θα-
λάσσας

90

O 2

Ἄλε-

Plutum 70. ibique Kuster, *Viger. de idiotismis Gr. L.* V. 3. pag. 216. ibique Hoogen. infra ad Pindar. 179. *Burges's* ad Dawesii miscell. critica pag. 514. 516. Denique, ut Ernesti monet, ἤλασε, (ab ἐλάυνω,) *percussit*, verbum proprium in hac re esse, ostendit Homeri locus *Odyss. τ'. 393.* Οὐλήν, τὴν ποτέ μιν σὺς ἤλασε λευκῶ ὀδόντι.

v. 83. Πίνδον] Stephan. quem Spanhem. sequitur, malit Πίνδς. Ernesti autem dorice Πίνδω. De *εὐαγκ.* vide indicem.

v. 85. ἄλλότρια h. l. sunt causationes a re praesente et a veritate rei alienae; breuibus, mendaces. Sententia est, perhibebatur Erysicthon in rebus versari, a quibus quam plurimum aberat. *Reiske.*

v. 87. Ἴππων v. indic. *Othrys* est mons Thessaliae. confer Spanhem.

v. 88. ἤπειτα est h. l. *interim* aut *nihilo mirus tamen.* *Reiske.*

v. 89. Ἐξάλλεσθαι significat *vehementem cupiditatem ventriculi improbi.* Sic enim κακὰ interpretantur Latini de fame. *Iuuen. Sat. VI. 318. Saltante libidine.* v. Ernesti et Spanhem. πάντα, confer supra *Mosch. l. 6.* ibique notam.

Ἄλεμάτως ἀχάρισα κατέρχρεεν ἔιδατα πάντα,
 Ὡς δὲ Μίμαντι χιῶν, ὡς ἀελίῳ ἐνὶ πλαγγῶν,
 Καὶ τῶτων ἔτι μείζον ἐτάκετο μέσφ' ἐπὶ
 νευράς
 Δειλαίῳ ἴνες τε καὶ ὀσέα μῶνον ἔλιφθεν.
 95 Κλαίε μὲν αἰ μάτηρ, βαρὺ δ' ἔσενον αἰ δὴ
 ἀδελφαί,
 Χῶ μασὸς, τὸν ἔπινε, καὶ αἰ δέκα, πολλαίκι,
 δῶλαι.

Καί

v. 91. Ἄλεμάτως dorice pro ἠλεμάτως: quod Hesych. interpretatur ματαίως, ἀχάρισα; eleganter vsurpatur. Reiske „cibi ingrati sunt, ait, aut quorum perceptionem nulla voluptas comitatur, aut nulla sequitur ad nutritionem corporis utilitas, cuius causa tu iis gratiam debeas, aut, qui operae pretium non referant pasto, nullo commodo sumtus in se factos luant“ κατέρχ. v. supra p. 152.

v. 92. πλαγγῶν, male πλαγκῶν. vide indicem. Mimas est mons in minore Asia.

v. 94. Quum νευραὶ et ἴνες nihil admodum differant, Valckenar. corrigit, Δειλαίῳ ἴνός τε κ. ο. Sed ἴνες vix esse a peccante librario, censet Ernesti, et cod. MS. Vossianus habet μέσφ' ἐνὶ πλευραῖς, quod Ernesti non displicet, si aut ἐπὶ fiat ex ἐνὶ, aut πλευραῖς pro πλευραῖς. Reiskius contra νεύροις in dativo coniicit, et, „sententia est, inquit, carnes omnes defluebant et contabescabant, sola relinquebantur ossa, cum tendinibus musculorum, (quae sunt νεῦρα) et aridis villis quibusdam, qui ἴνες. ἐπὶ h. l. significat una cum, praeter, si nempe tendines etiam in numerum veniunt.“ confer Foessi oeconom. Hippocr. v. ἴνες pag. 282. et explicantur villi et fibrae fila quaedam oblonga, gracilia, alta, solida, valida, omnis generis corporis partibus inserta. adde Erotiani exposit. voc. Hippocrat. ibique Eustach. p. 186. sq. ed. Franzii. Iuvenal. XV. 100. Sil. Ital. II. 466.

v. 96. Πολλάκι est διὰ μέγα, vt Grammatici Graeci

Καὶ δ' αὐτὸς Τριόπας πολιαῖς ἐπὶ χεῖρας
ἔβαλλε,

Τοῖα τὸν οὐκ αἶοντα Ποσειδάωνα καλισρέων·
Ψευδοπάτωρ, ἴδε τόνδε τεῖ τρίτον· εἶπερ ἐγὼ
μὲν

Σεῦ τε καὶ Αἰολίδος Κανάκης γένος. αὐτὰρ
ἐμεῖο 100

Τῷτο τὸ δείλαιον γένετο βρέφος. αἶθε γὰρ
αὐτὸν

Βλητὸν ὑπ' Ἀπόλλωνος ἐμαὶ χεῖρες ἐκτερέϊξαν·
Νῦν δὲ κακὰ βέβρωσις ἐν ὀφθαλμοῖσι κάθ-
ηται.

O 3

H

loquuntur, referturque ad ἔσενε, quod interpunctione
indicaui. Sed Valckenarius hunc versum spurium iu-
dicat. Est sane durum *μασὸς ἐκλαίε*. Sed nutricis com-
moda est mentio, ut videbunt omnes, qui poetas co-
gnouerunt. Et vsitatum est nutrices tali modo exprime-
re Epigr. LIII. *ὄγαθὸν γάλα. bona nutrix. Ernesti*. Sed
contra interpunctionem viri post fata quoque venerabi-
lis Reiskius haec monuit: „duo postrema commata dele.
Nam *πολλάκι δέκα* sunt decuriae ancillarum saepius atque
saepius numerando iteratae. h. e. centenae, vel et mil-
lenae, ut H. in Dianam 33. 34. *τρὶς δέκα ter tenae*, erant
triginta, et fragm. 120. pag. 488. *ἑξάκι δὸς* sexies duo
duodecim, et H. in L. P. 23. *δὶς ἑξήκοντα* bis sexaginta,
centum viginti, et innumera talia alias.“ Quam acu-
tam interpretationem lubenter admitterem, si vnus locus
aptus esset datus, Graecos primum ita loquutos esse;
deinde *πολλάκι* hoc sensu postpositum.

v. 98. *τὸν ἐκ αἶοντα*. Sic Horat. I. od. 2. *minus au-
dientem carmina Vestam*.

v. 103. *βέβρω*. idem est, quod v. 66. scripsit. vide in-
dicem. — *καθῆται*, Ouid. III. Trist. 9. 18. *Pallor in ore
sedet*. Fortius et melius dicitur *fames in oculis sedisse*:
et ex more veterum ac philosophia populari *sedes famis*

Ἡ οἱ ἀπόσασον χαλεπὴν νόσον, ἢ μιν αὐτὸς
 105 Βόσκει λαβῶν. αἰμαὶ γὰρ ἀπειρήκασαν τράπεζαι.
 Χῆραι μὲν μάνδρα, κενεαὶ δέ μοι αὐλίες ἤδη
 Τετραπόδων. ἤδη γὰρ ἀπηρηνήσαντο μάγειροι.
 Ἄλλα καὶ ἔρῃας μεγαλαῖν ὑπέλυσαν ἀμαξῶν,
 Καὶ τὰν βῶν ἔφαγεν, τὰν Ἑσία ἔτρεφε μάτις,
 110 Καὶ τὸν ἀεθλοφόρον καὶ τὸν πολεμήϊον ἵππον,
 Καὶ τὰν αἰλῆρον, τὰν ἔτρεφε Θηρία μικρά.
 Μέσφ' ὅτε μὲν Τριόπας δόμοις ἐνὶ χρήματα
 κείτο,
 Μῶνοι ἄρ' οἰκεῖοι θάλαμοι κακὸν ἠπίσαντο.
 Ἄλλ'

in oculis quaeritur. vide supra ad Bion. I. 47. — οἱ ἀπό-
 σασον, ab illo discedere fac, h. e. depelle. aor. enim in
 imperatiuo h. l. vti saepius, vim habet praesentis. vide
Vigerum de idiotismis etc. V. 3. 12. pag. 219.

v. 105. βόσκει λαβ. Cum Spanhemio propter verba,
 quae consequuntur, malim interpretari: *ei alimenta*
suppedita.

v. 109. Nota bouem in honorem Vestae communis
 urbis, vt Graeci subinde de ea loquuntur, seu Patrimae
 et domesticae. Atque hoc loco Cererem haud incommo-
 de posse intelligi, conicit ad h. l. Spanhem. qui de Ve-
 sta Graecorum et de sacrificiis illi oblatis copiose agit.
Lessingii Laocoon. pag. 255.

v. 110. ἵππον. Victorum in Circensibus equorum no-
 mina, relata subinde in inscriptionibus antiquis; iidem
 coronati fuerunt in sacris Graeciae agonibus.

v. 111. τὰν-μικρά. Breuis haec pictura, hoc πάρεργον
 miram suauitatem et pretium adfert poesi. conf. *Schnei-
 deri* Anmerk. uber den Anakreon p. 104-109. Quod
 h. l. est αἰλῆρον, non αἰόλουρον, *Daves.* in Misc. crit. p.
 258. sq. putat, hunc hymnum, quem valde spernit, esse
 spurium. sed v. *Ernesti* ad h. l. *Dorwill.* ad Chariton. p.
 275. *Pierfon* ad Moerini p. 36. sq.

v. 113. ἄρ'. Hic obserues potestatem particulae huius

Ἄλλ' ὅτε τὸν βαθὺν οἶκον ἀνεξήραινον ὀδόντες,
 Καὶ τόθ' ὁ τῷ βασιλῆος ἐνὶ τριόδοισι κατῆσο, ¹¹⁵
 Αἰτίζων ἀκόλως τε καὶ ἔκβολα λύματα δαιτὸς.
 Δάματ' εἰ μὴ τῆνος ἐμὴν φίλος, ὅς τοι ἀπεχ-
 θῆς,

Εἴη, μὴδ' ὁμότοιχος· ἐμοὶ κακογείτονες ἐχθροί.
 Εἶπατε παρθενικῶν, καὶ ἐπιφθέγγασθε τε-
 κῆσαι,

O 4

Δά-

ab Hoogeu. in tract. de particulis tom. I. p. 107. sqq. yber-
 rime demonstratam. Respondet hoc loco τῷ μέσφα,
 dum, quoad: ἄρα vero inter alios, quos habet quam plu-
 rimos significatus, designat quoque effectum, quum di-
 citur, aliquid consequutum esse, v. Hoogeu. pag. 117.
 n. 2. aut quum de relatione temporis sermo est, ibidem
 pag. 115. Interpretaris igitur Μέσφα-ἄρα, quamdiu-
 tandiu. So lange als - da wusten nur allein. Latet igitur
 aliquatenus prima significatio, qua intelligitur similitudo
 ad argumentationis genus; et descendit ab ἄρω, orno,
 ἄρω, firmo. vide Hoogeu.

v. 114. βαθὺν h. l. significat, abundantem, lautam,
 diuitem v. Spanhem. et nos iam hoc verbum supra ad
 Mosch. II. 101. explicuimus. ἀναζηράναις est euacuare;
 Schol. exponit ζῆμον ἐπόισιν. v. Theocrit. L. 57. et Hem-
 sterh. ad Aristophan. Plut. p. 288. b.

v. 116. confer Hom. Od. ῥ'. 222. ibique Eustath. ἐκ-
 βολα λ. δ. νεκρῶναις coenae sordēs. vide Spanh. et
 Ernesti.

v. 118. Piaculare olim apud Graecos habitum fuit, sub
 eodem tecto agere cum quopiam homicidii, aut alterius
 grauioris criminis reo, qui pollutus censebatur, aut
 cum eo cibum capere aut sacris interesse. v. Psalm. 139.
 21, 22. Demosthen. de corona c. 38. p. 546. edit. a me
 curatae, Altenb. 1769. et Spanhem.

v. 119. τεκῆσαι (aor. 2. part. act. a τέκω) parientes,
 vel potius, in eo versantes, vt parerent. Aor. enim 2.
 ea vis saepius est, vt actum, conatum, voluntatem etc.

120 Δαματερ μέγα χαίρε, πολύτροφε, πολυμέ-
διμνε.

Χ' ὡς αἶ τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι
ἄγοντι

Τέσσαρες ὡς αἰμῖν μεγάλα θεὸς εὐρυάνασσα
Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος, καὶ χεῖμα φέ-
ροισα,

Ἐξεῖ, καὶ φθινόπωρον, ἔτος δ' εἰς ἄλλο φυ-
λαξεῖ.

125 Ὡς δ' ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες ἄστυ πα-
τεῦμες,

Ὡς

inuoluat. Xenoph. Memor. Socr. I. 3. 4. εἰ τις αὐτὸν ἔπει-
θεν, si quis suadere voluisset. vide cl. Hindenburgii Anim-
aduers. ad Xenoph. M. S. pag. 26. Isocratis Paneg. cap.
31. ibique elegantissimum Morum, pag. 78. κρατῆντες
αὐτῆς, obtinere volentes, id agentes, vt in fide teneremus.
v. 121. ὡς αἶ. Lascaris apud Bandin. edidit ἕσσα: de
publicato ὡς, vbi primum est pro ἕτος Valcken. ad Eu-
ripid. Phoen. p. 315. egit, adnotante Ernesti. Albi igi-
tur equi, iique quadrigarii calathum in hac pompa Ce-
reali ducebant; ἄγοντι, dorice pro ἄγασσι. Conf. Span-
hem. ad h. et seqq. versus. Quia vero quatuor anni
tempora moderatur Ceres, et quatuor illis temporibus,
nempe tempore arandi et vertendi terram; tum sationis,
tum messis; tum denique post comportatas fruges et cir-
ca finem quoque hiemis inuocari solita fuit, illi quatuor
albi equi ad fertilitatem et felicitatem temporis indican-
dam quatuor anni tempora designant.

v. 122. confer vers. 139. Omnium regina dicitur ab
Euripide Phoeniss. vers. 691. quia Tellus fuit.

v. 123. φυλαξεῖ. de Dorismo accentus in vltima syl-
laba vide supra ad vers. 54. Maittaire de dialectis de h.
l. pag. 220.

v. 125. Notabilis hic Callimachi locus de feminis fa-
eris operantibus aut pompae Cerealis comitibus: quod

Ὡς πόδας, ὡς κεφαλὰς παναπηρέας ἔχομεν
αἰεὶ.

Ὡς αἱ λικνοφόροι χρυσῶ πλέα λίκνα φέροντι,
Ὡς ἄμμες τὸν χρυσὸν ἀφειδέα πασαίμεσθα.

Μέσφα τὰ τᾶς πόλιος πρυτανήια τὰς ἀτελέ-

τως

O 5

Tās-

eae essent discalceatae et imprimis sine vittis, quum in festo Cereris omne luctus signum abesset, nec feminas deceret, pedem ostendere. Sed sermo est de iis, qui adclamationibus eam Cererem prosequabantur. vide Spanhem. hoc de ritu valde copiosum, et *Sagittarium* disp. de Nudipedalibus vett. cap. II. in Syntagm. primo dissert. philologicarum, Rotterod. 1699. Discalceatus etiam dicitur ἀσάνδαλος, (vt supra Bion. I. 21.) ἀνυπόδητος, ἀπέδιλος, ἀνήλιπος, siue ἀνάλιπος apud Theocrit. III. 56. — ἀνέμπυξ, ὅ, ἡ est, vittam non habens. Ἄμπυκα de proprio apud Lydos capitis ornamento adpellatum, notat Hesych. in λυδίῳ νόμῳ.

v. 127. vide ad vers. 1. et, si vis, Opuscula mea varii argumenti p. 493. 494. *auro plena*, h. e. *αυρεα*. Nam vanni aut cistae, λίκνα, canistrae ex auro factae erant.

v. 128. πασαιμ. correxit Ernesti pro vulgari lectione πασαιμεσθα. Est enim a πάομαι, possideo, quod in aoristo, quia primam syllabam habet productam, non duplicat σ. vide etiam Valckenar. animadu. ad Ammon. pag. 187. 188. eumd. ad Theocriti Adoniazus. v. 90. p. 383. et supra ad v. 69. et ad Solon. eleg. v. 7.

v. 129. 130. In Graecorum, aut Asiaticis graecae originis urbibus, non Athenis solum, olim erant erecta Prytanea, quae vulgo in urbium penetralibus, seu in media earum parte sita fuerunt. Hinc in Prytaneis quoque fuerunt Vestae simulacra, statusque ibidem eius cultus. Vestae tamen eiusdem, quam primam dearum vocat Pindarus, primus erat in urbibus graecis aut asiaticis cultus. Ceres autem eadem est cum Tellure seu ἐσίῳ. Alias ἀτέλεσοι dicuntur οἱ ἀμύητοι, non initiati. His la-

130 Τὰςδε τελεσφορίας ποτὶ τὰν θεῶν ἄχρῃς
ὁμαρτεῖν,

Ἄτι.

tius explanatis a Spanhemio, hic sensus planus, ex interpretatione illius insigniter probabili, eruitur: Mandat vates, ut his sacris nondum initiatae per aetatem virgines seu ἀτέλειες, usque ad urbis Prytanaeum, in media urbis parte seu eius penetrali situm, dumtaxat procederent: reliquae autem, uti mox dicitur, feminae iam initiatae, praevio Vestae, primae deorum, in eodem Prytaneo cultu, longius praeceuntem, de quo hic agitur, deae calathum seu Cerealem hanc pompam et ad fanum eius usque comitentur, ubi sollemnia illius sacra stans ritibus continuo obeant. Versum 130. Spanhemius duplici modo construit: *Vel*, τὰς δὲ προσομαρτεῖν τὰν θεῶν ἄχρῃς τελεσφορίας, illas vero (initiatas nempe, easque, ut mox sequitur, infra aut supra sexagenarias) teneri deam prosequi, usque dum sacrum illud peregerint, v. 134. et Spanhemius ποτὶ ὁμαρτεῖν coniungit, pro προσομαρτεῖν; licet in fine melius coniunxerit, ἄχρῃς ποτὶ (dorice pro πρὸς) usque ad. — *Vel* construit τὰς δὲ ὁμαρτεῖν τελεσφορίας ἄχρῃς ποτὶ τὰν θεῶν, has autem, nempe initiatas, comitari sacrum Cereris sollemne, usque ad deam, seu deae aedem. Reliqua vide apud eundem Spanhem. et Ernesti, qui malit interpungi post ἀτέλειες, et postea legi τὰς δὲ τελεσφορίας, a τελεσφορεύς, uti iam partim viderat Spanhem. Dein Ernesti quoque ποτὶ τὰν θεῶν ἄχρῃς, explicat, ad ipsum Cereris templum, et laudat Dorville ad Chariton. pag. 401. Reiske locum hunc difficilem ita explicat: „Post Πρυτανήϊα punctum est collocandum: donec erunt huius urbis (Argivae puta) curiae. Tribui sua cuique curia propria fuit. Deinde nova orditur sententia. Τὰς ἀτέλειες τὰςδε τελεσφορίας (scil. ἐυχομεθα) ποτὶ τὰν θεῶν ἄχρῃς ὁμαρτεῖν, rogamus, ut nobis haec des, ut, quae feminae huius sacri fuerunt expertes, altero anno post perueniant, usque ad aram, quae quidem intra sexagesimum aetatis annum adhuc subsistant.“ Cel. Kapp olim ita explicuerat vv. 129. et 130. Hic locus forte ita explicandus: *Usque ad urbis prytaneum sequimini (ὁμαρτεῖν insinit. pro imperatiuo) vos, quae nondum initiatae*

Ἄϊτινες ἐξήκοντα κατώτερα· αἶ δὲ βαρεῖα,
 Χ' ἄτις Ἐλειθυία τείνει χέρρα, χ' ἄτις ἐν
 ἄλγει,
 Ὡς ἄλις, ὡς αὐτῶν ἱκανὸν γόνυ. ταῖσι δὲ Δῆω
 Δωσεί πάντ' ἐπίμεσα, καὶ ὡς ποτὶ νηὸν ἴκωντας.
 Χαῖρε

estis mysteriis; vos vero, quae iam iis (mysteriis) imbutae
 estis (loco τελεσφορίας legerim τελεσφόρας vel τελεσφόρας)
 sequimini usque ad ipsum templum Cereis, nempe quaecum-
 que annis sexaginta minores estis; quod vero ad prouectio-
 nes adinet -- sufficit, si istae sequantur, quoad genua pa-
 tiantur etc. Haecenus Vir doctissim. sed Heusinger in
 Periculo etc. pag. X. reiecit Stephani et aliorum conie-
 cturas, et maluit τὰς δὲ τελεσφορίας seruare, idque pro
 τὰς δὲ τὰς τελεσφορίας accipere, ut αἶ τελεσφορίας initiatae
 dicantur, quemadmodum Graeci τοὺς δήμους, τοὺς καίσαρος,
 τοὺς τῆς πόλεως, τὰς αὐτῶν et similia dicunt. Potuisse,
 addit, etiam Callimachum, ne Doride quidem inuita,
 scribere Τὰς δὲ τελεσφορίας.

v. 131. Apud Graecos in plurimis publicis muneribus
 discrimen vulgo illius aetatis muliebris factum est,
 earum nempe mulierum, quae LX. annis maiores aut mi-
 nores forent.

v. 132. χέρρα. Partui proxima Lucinam, quae Ἐλει-
 θυία, et Εἰλείθυια vocatur, ut ei sit propitia, inuocat,
 seu ad eam, quod supplices solent, manus tendit. —
 ἄλγει quae primis demum partus doloribus premitur.
 v. Spanhem. et Westerhou. ad Terentii Andr. III. 1.
 vers. 15.

v. 133. — ὡς ἄλις. subaudi τὰυτας ἐυχόμεθα vel τὰυ-
 τὰς χρὴ ὁμαρτεῖν πρὸς τὸν τῆς θεᾶς ναὸν, ὡσεὶ ἄλις εἶναι, καὶ
 ὡς αὐτῶν ἐκείνης δύναται τὸ γόνυ ἐξικνεῖσθαι. Reiske, ut,
 quantum illarum, (αὐτῶν, dor. pro αὐτῶν) genua apta
 sint; h. e. quantum vires illarum sustineant, patiantur.
 De Δῆω v. indicem.

v. 134. ἴκωντας. Ceres omnia illis cumulate dabit,
 non secus ac si ad templum vsque se comitatae essent. De
 χαῖρε v. 135. v. quae notavi ad Theocrit. IX. 28.

135 Χαίρε θεά, καὶ τάνδε σάω πόλιν, ἐν θ' ὁμονίᾳ,
 "Ἐν τ' εὐηπελίᾳ· Φέρε δ' ἀγρόθι νόσιμα πάντα.
 Φέρβε βόας, Φέρε μᾶλα· Φέρε σάχυν, οἷσε
 Θερισμόν·

Φέρβε καὶ εἰράναν, ἴν', ὅς ἄροσε, κεῖνος ἀμασεῖ.
 "Ἰλαδί μοι τρίλλιζε μέγα κρείσσα θεάων.

v. 136. Bandinius etiam habet *εὐημερία*: vti praeter alios Spanhemius, qui in voc. illo tranquillum ac prosperum vrbis et ciuium statum intelligit, et vberius interpretatur. At enim Ernesti e codd. MSS. et edit. Ald. reduxit lectionem, *εὐηπελία*, et sic iam Lascaris *εὐηπελία* exhibuit. De *εὐηπελία* vide interpretes ad *Hesych.* sub h. voc.

v. 137. *μᾶλα* capit *Ernesti* de fructibus arboreis, et restituit *Φέρε*, ac prouocat de voc. *μᾶλα* pro *φρούδibus*, *arboribus*, ad *Arnaldi* Animad. p. 84. et *Grasuii* lecti. *Hesiod.* cap. 3. pag. 16. *Reiske* haec adnotauit. „*Φέρε* an *Φέρβε μᾶλα* legatur, ciceum non interesse ad metrum existimo; sed ad sententiam interest. *Φέρε μῆλα* est, *fer roma*, seu largire magnam copiam fructuum in hortis et vineis prouenientium. *Φέρβε μῆλα* autem est, *largire vberem prouentum pecoris ouilli et caprilli.*“ *Μᾶλα* dor. pro *μῆλα*. *Φέρβω* autem est, *pasco*, *alo*.

v. 138. *ἀμασεῖ*, ab *ἀμάω*, *meto*, vel potius *colligo*. v. *Dorville* ad *Charit.* p. 366. sq. et ad *Theocr.* XI. 73. notata. *Lascaris* et alii *ἀμάσσει*. Sed prior lectio verior est, iudice *Ernestio*. *ἴνα* enim habet futurum, vt *ὄπας*, in primis cum sermo est, vt hoc loco de re futura, diciturque, *ἐκβατικῶς*, de euentu, non consilio. De circumflexu in vltima syllaba vide ad vers. 54. *εἰραν*. vide *Spanh.* ad h. l. *Tibull.* III. 10. 67, ibique *Brouckh.*

v. 139. *κρείσσα*. *Ernesti* scribendum censet *κρείσεισα*, vt est apud *Pindar.* *Pyth.* VIII. 30. conf. v. 122. *regina dearum*, h. e. e numero dearum, vel dea multipotens. — *Ἰλαδί* ab *Ἰλάω* siue *Ἰλημι*, *sis propitia*: formula precandi haec frequens est. vide *Spanhem.* adde *Theocrit.* *Adoniaz.* v. 143. ibique *Valcken.* pag. 414. et *Scholias.* qui, *Ἰλαδί*, ait, *ἀντι τῆ Ἰλάθῃτι, κατὰ ἀποκοπὴν, δορικῶς.*



ΠΙΔΑΡΟΥ *)

ΟΛΥΜΠΙΑ **)

ΕΙΔΟΣ α

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ,

ΚΕΛΗΤΙ ***)

εργοφῆ α κώλων ιζ.

HIERONI SYRACVSANO EQVO

CELETE VICTORI Ode I.

*) De *Pindaro*, Thebis nato anno I. Olympiados LXV. ante Christum 519. v. *Fabric. Bibl. Graec. vol. II. pag. 57. sqq. cl. Schneider in Versuch über Pindars Leben und Schriften. Argentor. 1774. 8. Quintilianus Institt. Orat. X. cap. I. mirifice eum laudat et commendat: no- uem, inquit, Lyricorum longe Pindarus princeps, spi- ritu, magnificentia, sententiis, figuris: beatissimus rerum uerborumque copia et uelut quodam eloquentiae flumine, propter quae Horatius nemini credit eum imitabilem. Ad- de superbum Horatii iudicium de eo libr. III. od. 2. Plura uide in Schmidii Prolegomenis et Biographia clas- sica, tom. I. ex interpretatione Sam. Mursinae, Halae Saxon. 1767. p. 79. sqq. Nos uero sequuti sumus exem- plar editionem cel. *Heynii*, Gottingae 1773. min. 4. col- latis illius Additamentis ad lectionis uarietatem, ibid. 1791. In superiore editione contuleramus quoque *Pin- dari Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia una cum Latina omnium versione carmine lyrico per Nicolaum Sudorium. Oxonii e theatro Scheldoniano 1697. in form. max. praeterea Stephani. Pindari Olympia etc. 1560. 12. Cra- tan. Tigur. 1526. 8. Commelinam 1588. 8. Eras. Schmi- dii editiones 1616. 4. Tum Io. Cornelii de Paw notas in Pindari Olympia etc. Traiecti ad Rhen. 1747. in 8. in quibus auctor more suo multa corrigere ausus est. In hac ed. comparauimus quoque *Pindari carmina selecta*, edita a *Frid. Gedike*, Berolini 1786. 8. cuius notas do- ctas consulat magister. Quem laudauit Pindarus Hiero-**

nem, hic fuit Syracusius Rex seu Tyrannus, de quo consulas *Aelian.* libr. IV. c. 15. VIII. cap. I. Laudat Hieronem, quod in Olympiis vicerit. Exordium a comparatis ducit, inde personam laudat a iustitia, loco, musica, equo Pherenico, quo vicerat; de Pelope et Tantalos vera narrare vult taxatis fabulis, de diis enim honeste sentiendum admonet. Comprecatione concludit, ut Deus Hieronem in dignitate, et poetam in studio carminis Lyrici conferuet: ut verbis *Benedicti Aretii in Commentariis absolutissimis in Pindari Olympia etc.* (1587.) p. 20. utamur. De hac oda, quam typis exscribi fecimus, et de Pindaro conf. *Batteux et Ramler* in *Einleitung in die schönen Wissenschaften* vol. III. pag. 35. sq.

***) Ex Schmidii Prolegomenis pauca excerpere liceat in gratiam eorum, qui raram illius editionem ad manus non habent. Quatuor praecipui et maxime sollemnes Graeciae ludi fuerunt, Olympii, Pythii, Nemei et Isthmii. (v. ad *Fabr. B. Gr. II.* pag. 61. sqq. notata.) Olympii in honorem Iouis; Pythii vero, Apollinis; Nemei, initio Archemori, postea Iouis; Isthmii, Palaemonis initio, postea Neptuni, fuerunt celebrati. Priores duo tetraeterici, seu quarto quoque anno elapso; posteriores duo trieterici, seu tertio quoque anno praeterito fuerunt celebrati. Olympici victores, olea, vel ut alii volunt, oleastro: Pythici, lauro: Nemei, apio: Isthmici, pinu coronabantur. Olympiorum originem explicat *Pausan.* libr. V. cap. 7. 8. 9 pag. 391. sqq. edit. *Kuhnii.* Ab Hercule Idaeo in honorem Iouis Olympii, unde locum Olympiam nominarat, primum fuerunt instituti. Pelops, victo Oenomao, rege Pisae, et ducta Hippodamia eius filia, omnium, qui ante se fuissent, maxime memorabiles ludos Ioui Olympio fecit. Iphitus ludos in Olympia per quadringentos prope annos intermissos renouavit, monente Apolline, ordinavit, nundinas indixit, et Graecia seditionibus ac pestilentia prope deleta, ludorum causa inducias instituit. Conueniebat autem ad celebritatem Olympicam omnis Graecia una et exterarum nationes ex Aegypto, Lybia, Sicilia etc. quae tamen ad deliberationes de rebus Graeciae non admittebantur; sed tantum ad certamina: et quidem quarto quoque anno exacto, in plenilunio eius mensis, cuius noui-

